et. liberta- titis, vt ibi: a- liud in reli- gione.] C A S V S. Legavi Titio. c. & postea cum penna induxi N ihil.] C A S V S. Legavi Titio. c. & postea cum penna induxi verba legati. certè perinde est ac si verbis admissim ei lega- eto proprie tum: & ita non habebit legatum Titius. Item scias quòd prior te- tatis. vt huc stamenti scripture corrigit quandoque posteriorem, & quandoque commutat eam, & quandoque rescindit: quamvis quibusdam hoc non videretur. De primo da exemplum: vt quia testator dixit in prin. testamenti, si Titio. c. legauero, nolo ei deberi nisi. l. & ita innuit, & ita videtur corriger. De secundo da exemplum: vt quia dixit in prin. testamenti, si Titio legauero, volo illud legatum dari Seio. & ita communauit sive transfluit in Seium: vt. §. eo. translatio. De tertio da exemplum, vt quia dixit in prin. testamenti, si Titio legauero, nolo ei aliquid deberi. & ita dicitur rescindere cùm ex toto tollit. & ita hoc dico per. l. §. de lega. i. j. l. si quis in prin. test. Alij ponunt quòd ultima scripture corrigit primam, & commutet, & res- cindat: sed de illo non erat dubium. vnde prima positio mihi placet. & h. d. cum. l. seq. Viuianus.

m Inducatur. quod dic vt not. C. de testa. l. nostram. & §. de leg. j. si ita scriptum. & de his quæ in testa. delen. l. j. §. & ideo. & l. i. j. in prin. Item facit. §. de peritio. heredi. l. si quis liber. circa prin. & de iudi. l. & post. §. j. Accursius.

n N ihil. Corrigere. Corrigit ultima primam, cùm addit vel mi- nuit. commutat, quando transfert. vt supra eodem, trāfla- tio. rescindit, cum ex toto tollit: vt supra. l. prox. & facit. §. de alim. leg. Gaio. & de leg. & senatus con. non est. & de codicil. l. diui. §.

A licet. & C. de pac. l. paſta. Vel dic econtra quòd prima quandoque corrigit ultimam vel determinat: vt. §. de leg. j. l. si mihi & tibi. §. fi. & de lega. i. j. l. si quis. in princi. Sed contra. j. de regu. iur. l. vbi repugnantia. Solu. ibi nescitur quod prius, & quod posterius sit factum. vel ibi est repugnantia propter prolixitatem verborum: vt supra de condit. in- stitut. l. si Titius. Ac- cursius.

xvii. C E L S V S libro vicen- simo secundo Digestorum.

N ihil prohibet priorem scri- pturam posteriore corrige- re, n commutare, rescindere. Alienatione voluntaria extin- gutur legatum. Bartolus.

xviii. M O D E S T I N V S libro d^o d^o Octavo differentiarum. 11 t^o 9 p^o

R Em legatam si testator viuus alij donauerit, omnimodo extinguitur legatum: nec distin- guimus, vtrū propter necessitatē rei familiaris, p̄an mera volūtate donauerit: vt si necessitate donauerit, legatum debeatur: si nuda vo- luntate, non debeatur. hæc enim distinctione in donantis munificen- tia non cadit, cūm nemo in neces- sitatibus liberalis existat. +

Legatum ademptum simpliciter manet apud heredem cum o- nere suo. Bartolus.

xix. I D E M libro xi. Responsorum.

M Odestinus respondit, si adi- mendō legatum quod Mæ- uio relictum sit, fideicommissum ab eo datum defunctus re- uocare noluit: heredes ex causa si deicommissi conueniri posse, recte probari.

In nante: & ita meritò non habet locum prædicta distinctione in dona- tione. Viuianus.

o Extinguitur. per exceptionem: non ipso iure: vt supra eod. l. cūm seruus.

p Rei familiaris. & non facit rescindi venditionem talis necessitas: v. C. de refin. vendi. l. non idcirco. Accursius.

q Liberalis existat. quasi dicat. qui dat aliquid ex necessitate, non dicitur id donare: vt. §. de dona. in. virum & vxo. si quis pro. & C. de dona. nec ignorans. & §. de dona. l. donari. quandoque tamē dicitur liberalitas vel donatio etiam quæ necessario fit, sed im- propri: vt. C. de hæret. l. cognouimus. & §. de admini. tuto. cūm plu- res. §. in primis. & §. de tut. & ra. distra. l. j. §. j. & j. ad leg. Aquil. si seruus seruum. §. si oliuam. Vel dic, nemo & c. id est nemo indi- gens donat. sed tunc est arg. contra. §. si cer. pet. l. si ego. Item tertio nemo est liberalis ei qui indiget. Vnde versus: Cum fueris fœlix, multos numerabis amicos. Tempora dum fuerint nubila, solus eris. Sed prima vera. & facit. §. de auro & argen. leg. scribit. §. item. & j. eo. legatum. §. fin. Sed quid si alienauit titulo non lucrati- uo: ex voluntate tamen pura, vt fœneret? Respondent quidā, sem- per videri fieri ex necessitate, ar. §. de procura. seruum quoque. sed dicas tunc habere locum hanc distinctionem quam hic dicit cessare in donatione. q. d. alias habet locum. & sic intellige. §. de leg. i. j. fideicomissa. §. si rem. & colligitur. j. eod. si seruo, & facit iustit. de leg. §. si rem. Accursius.

v. M Odestinus.] C A S V S. Legavi Mæuio centum, & rogaui eum Mæuium vt daret Titio quinquaginta per fideicommissum, & postea ademi dictum legatum Mæuio: & non reuocauit expre- se fideicommissum prædictum Titio per Mæuium dandum. Cer- tè dictus Titius poterit conuenire heredes meos vt dent ei dictum fideicommissum. propter ademptionem enim prædictam Mæuio factam redit legatum Mæuij ad heredes meos: vnde ipsi debent su- stinere onus fideicommissi. Viuianus.

r Posse. quasi cum onere redeat. sic. C. de cad. tollen. §. j. & supra de alimen. lega. l. Gaio. in princip. Sed argu. contra infra cod. l. i. ti- bi. ADDITIO. Dic secundūm Barto. quòd ibi in eadem persona, hic in diuersis.

Hoc enī dicit glo. i. in. c. sedes. circa me. extra de re- scrip.

In vulgata edit. en. lex. Si adiūdo.

Donatio quæ sit ex necessitate, an donatio sit.

versus

Licet transferam.] **CASVS.** Legauit Titio centum, & postea translitulit dictum legatum in Seium non capacem, puta quia erat in metallum damnatus. vel translatulit dictum legatum in seruum meum proprium: & in illa translatione legati non dedi eidem seruo libertatem. & sic in his duobus casibus non valet legatum in persona illorum in quos translatum est: vt. j. de his quae pro nō scrip. ha. i. iiij. & C. de lega. l. seruis. Certè licet eis non debeat legatum, vt dictum est: tamen nō remanet apud Titium cui ademi. Et scias quod legatum nulli alij adimi potest, quād illi cui datum est. Vnde si dictus Titius cui legauit, erat filius vel seruus alienus: non possum adimere à patrevel à domino suo. & hoc dicit cum. l. seq. Viuianus.

a Legatum. idem in hereditate: vt infra de his quibus vt indig. l. cūm quidam. Azo.

b sine libertate. & ideò non valet: vt. C. de lega. seruis. & j. de his quae pro nō scrip. l. si in metallū. in fine. Sed contra s. de leg. j. l. si seruus. s. si seruus. sed alio casulo quitur. Itē & hīc dicūt quidā valere offi. iudi. vt. C. de necess. ser. her. insti. l. quidam. s. il. lo. Sed dic vt ibi.

c Nec illi. sic. s. de lega. j. l. planē. in princ. & de iniusto testa. l. cūm in se cundo. s. penulti. & infra eo. l. legatum. in fine & supra de mili. testa. l. milites. s. fina.

d Legatum nulli alii. sic supra de vulga. substit. qui liberis. s. fin. & infra de accep. l. an inutilis. s. fi. & infra de verb. obli. l. fi. in prin. & j. de condi. & demon. l. qui heredi. in princ. & institu. de stipu. ser. s. cūm factum. Sed argu. contra. s. de lega. j. l. legatum. & infra de succ. editio. l. j. s. per seruum. **ADDITION.** Solue secundūm Bartolum quod hīc loquitur in ademptione: contraria verò loquuntur in repudiatione. Ratio est, quia repudiatio fit postquam cessit dies legati. iam enim patri vel domino quēstum erat: & ideò repudiare potest: sed ademptio fit viuo testatore: & sic antē diem legati cedentem: & ideò nō potest adimi à patre vel domino: quia eis non erat datum.

Ex parte.] **CASVS.** Titius instituit sibi heredes Gaium & Seium, & Gaio prædicto prælegauit. c. postea inter dictum Titium testatorem & dictum Gaium pro parte heredem & legatarium ortæ sunt grauissimæ inimicitiae: & propter hoc ipse testator proposuit facere aliud testamentum, & auferre ei quicquid dederat: & incepit facere secundum testamentum, & non perfecit propter mortem superuenientem: & in eo secundo testamento non perfecto nihil dixerat adhuc de dicto Gaio. nūc enim statim mortuo Titio petit Gaius dimidiā hereditatis, & prælegatum. nūn quid habebit vtrumque? Et dicitur quod non, imò medietatem hereditatis tantum, & non legatum: quia legatum nuda voluntate tollitur, & non hereditas. Viuianus.

e Legatum. id est prælegatum. Accursius.

f Instituisset. in animo: non tamen fecit.

g Præteriit. alias præteriit, id est omisit. alias præterea.

h Denegabuntur. contra. C. de his qui. vt indig. hereditas. & j. de his qui. vt indig. l. cūm quidam. Solu, hīc non ipso iure, sed ibi sic per sententiam. vel ibi expressa, hīc tacita est reuocatio. Vel dic vt dixi in dicta lege, cūm quidam. Item nota. in legato secus: vt & s. l. iiij. s. finali. Item quare secus? Respon. quia hereditas semel data adimi non potest: in legato secus: vt. s. de his quae in testamen. delen. l. j. s. fi. & de milit. test. l. milites. s. veteranus. Sed quare secus? Respo. quia cūm institutio heredis sit caput testamenti, non potest infirmari nisi certis modis solennibus, & quandoque non solēnibus: vt instit.

ff. Infort.

A quibus modis testa. infir. s. ex eo. & C. de testa. hac consultissima. s. stitutionem procedere inter suos, & nō obseruata solenitate, quod ait singulariter Bald. post gl. in. l. quoties. super verb. diu. dit. C. famili. ercis.

Pater.] **CASVS.** Titius instituit sibi heredes duos suos filios, & vnam filiam suam: & facultates suas inter eos diuifit, paucis bonis communibus remanētibus indiuis: & voluit dictam filiam accipere. ccc. aureos ex ratione commodorum primipili, id est ex ratio ne lucrorum quę habebat ipse pater ex quadā publica administratio ne quā habuerat: & postea de pecunia cōmodorum cōparauit idem pater quandam possessionem: & dedit in ea possessione quadringētos aureos de dicta ratione cōmodorum. & ita. c. vltra quād filiae prælegasset: & postea deceſſit. nūc queritur, an fratres prædicti & filiae coheredes teneātur præstare sorori fideicōmissum siue prælegatum prædictum? Et videtur quod non: quia. ccc. aurei cōmodorum cum aliis. c. aureis de dictis cōmodis sunt consumpti: & ita videtur extintū legatu: vt. j. ad Treb. Titius. Dicitur tamē hīc quod bene tenētur ei præstare dictum fideicōmissum: quia non videtur absumptū, quod in corpus patrimonij est verum habebit ergo dicta

Si ex pecunia legata per testatorem aliquid ematur: legatum non extinguitur, sed ex reempta præstabitur. Bartolus.

xxiiii. IDEM libro septimo Responforum.

Pater inter filios facultatib⁹ diuisis, filia ex ratione primipili i. cōmodorū trecentos aureos acciperevoluit: kac postea de pecunia cōmodorum possessionem parauit. Nihilo minus fratres & coheredes sorori fideicōmissum præstabunt. Non enim absumptū videtur, m quod in corpus patrimonij versum est. Cūm autem inter filios diuiso patrimonio res indiuisas n ad omnes coheredes pertinerevoluisset, o ita possessionem ex commodis comparatam diuidi placuit, vt in eam p superflui pretij filia portionem hereditariam accipiat. hoc enim eueneret in bonis pecunia relicta. q

Legatum videtur transferri cū conditionibus suis: nisi conditio personæ cohæreat. Bartolus.

xxviii. IDEM libro octavo Responforum.

Legatum sub conditione datū cūm transfertur, sub eadem

filia tantum de dicta possessione comparata antē partem, quantum capiunt dicti. ccc. aurei. & superfluum dictæ possessionis debet diuidi inter eam & fratres pro hereditariis partibus. nam cum pater diuiseit inter filios patrimonium suum: quicquid remansit in hereditate non diuisum, videtur voluisse pertinere ad omnes coheredes. tota autem possessio empta post testamentum non fuit diuisa: cum diuisio fuerit facta in testamento, vt dictum est. vnde bene dixi quod filia debet habere antē partem tantum de dicta possessione quantum capiunt dicti. ccc. aurei sibi prælegati: & superfluum dictæ possessionis debet diuidi inter eam & fratres pro hereditariis partibus. nam & si dicti quadrigenti aurei non fuissent dati in emptionem dictæ possessionis, sed fuissent relicti in bonis siue hereditate: idem eueneret, scilicet vt. ccc. ex eis darentur filiae antē partem: & superflui. c. diuideretur inter eam & fratres pro hereditariis partibus.

i Primipili. id est, b cuiusdam administrationis in qua fuerunt multa commoda vel lucra. quasi dicat, ex tali negotiatione.

k voluit. scilicet per præceptionem. Accursius.

l Comparauit. pluris quād. ccc. aureis: vt statim patet. Accur.

m Videtur. sic supra de lega. ij. imperator. s. fina. & l. sequen. & seq.

E& de peti. hered. l. sed & si lege. s. j.

n Indiuisas. quādnam enim indiuisæ remanserant.

o voluisse. scilicet pater. Azo.

Per in eam. id est in ea possessione percipiat filia nubens aureos. ccc. & de superfluo portionem accipiat hereditariam. ad quod est. s. famili. ercis. l. quae pater. Sed contra. C. famil. ercis. l. in cognitione. vbi dicit viriliter. sed dic vt ibi. Accursius. **ADDITION.** Solu. secundūm Barto. quia ibi dicit quod ibi præcessit institutio æqualis, vel ex certis rebus, quod idem est: vt. l. ex facto. de here. institu. secundūm Dy.

q Pecunia relicta. vt. ccc. habeat antē partem, in reliquis hereditariis: vt. s. famili. ercis. un. heredes. s. fina. & l. seq. & facit supra de lega. ij. l. xj. s. si rem. Accursius.

Legatum.] **CASVS.** Titio. c. sub conditione si nauis ex Asia venire, legauit: & postea translatu dictum legatum in Seium, non repetita dicta conditione. Certè sub ea cōditione nihilominus

TT iij

b] Primipili. dicebatur decimæ legionis cæturi: de quo Vegeti lib. 2. Sed hoc loco re. Et sensit Accursius quādam administrationē significari tamen rem planē non attigit est autem primipilos administratori militaris annone. Ergo hunc locum perpetram hacten⁹ interpretabitur Alciatus. Cont.

viderur translatum in Seium. secus autem si conditio legato apposita cohæreat personæ primi legatarij: quia tunc non videtur repetita in persona illius in quem translatum est legatum: vt puta si legauit vxori meæ sub conditione si habuerit filios ex me: & postea transfluit legatum in Seium. nam in persona Seij non videbitur repetita dicta conditio quæ fuit necessaria in persona dictæ mulieris.
[PATER HORTOS.] Titius legauit filiæ suæ in codicillis hortos instructos: & postea donauit vxori suæ quædam ex mancipiis dictorum hortorum. Certè amo- do non debebuntur filiæ dicti serui, siue donationes cōfirmauit in testamento quod postea fecit, siue non: & siue valeat dicta donatio, siue nō. posterior enim voluntas in vxorem collata est potior quam legatum filiaæ relictum. Vi.
a sublatis. id est si habuerit filios. Accursius.

b Necessaria ad legatum habendum. & dic vt. j. de condit. & demon. l. legatū sub conditione. & sic non est contra. s. de here. instit. l. sub cōditione. & sic facit. C. de cadu. tollē. §. ne autem. & j. de cōdit. & demō. l. legatum. & l. quæ con ditio. & j. de verb. obligat. l. Titia. §. idem respondit.

c voluntas. collata in vxorem.

d Filiae. alias filij. i. filiæ. nam masculinum concipit fœminū: vt supra de lega. iij. qui doos. & j. eo. alumnae. in fin. j. respon. & facit supra de lega. j. Stichum. & l. si ex toto. in princ. & de lega. iij. l. xj. §. si rem. & s. de auro legato. l. scribit. §. item. & de fun. instru. quæ situm. §. fi. & s. eo. translatio. & l. nihil prohibet. & l. & si transferam. Accursius.

A Lteri.] **CASVS.** Titius instituit sibi heredes Gaium & Seium: Gaioque prælegauit prædium valens. c. & postea dicto Seio mandauit præstari actiones aduersus Sempronium debitorem hereditarium ad eum finem quo dictum prædium fuerat comparatum. i. in. c. cum forte dictus debitor deberet. cc. & ideò forte iussit mandari actiones ad eum modum, vt unus heres haberet tantum in præceptione quantum alter. & postea idem testator voluntariè distracti dictum prædium, cum non recepisset aliquam offendam à Gaio herede qui præceptionem prædij acceperat, & ita pretium dicti prædij rediit in corpus patrimonij. & sic non potest habere prædium nec eius pretium ille cui prædium fuit prælegatum: vt dixi. s. cod. rem legatam. & postea decepsit dictus testator. nunc queritur, an dicto Seio cohæredi Gaij debeant præstari actiones aduersus Sempronium prædictum hereditarium debitorem? Et dicitur quod non. quia (vt dictum est) mandauit testator præstari actiones dicto Seio aduersus dictum Sempronium ad eum finem quo prædium prælegatum cohæredi fuerat comparatum: ideò scilicet vt unus haberet tantum in præceptione, quantum alter, & non plus. cum ergo ille cui fuit prædium prælegatum, non possit habere prædium vel eius pretium, vt dictum est: ergo illi cohæredi cui debebat actiones cedi contra debitorem hereditarium, non sunt cedenda. Vivianus.

e Dedit. scilicet testator.

f Comparatum. comparatum enim fuerat forte pro decem: & tantum voluit percipere alium cohæredem à quodam nomine.

g Distracto. à defuncto ex voluntate, & sic reuocato legato. & dic circa offendam, quia non offendit legatarius testatorem, quia tunc non perderet alter. Vel dic à defuncto legatario consentiente: & sic non offendit testator legatarium. sed tunc idem esset & si eo inuito.

h Redisset. sic supra eod. l. pater. Accur.

i Actiones. admissa compensatione tali: quia alter non habet: er-

go nec iste. Argu. contra. C. de appell. præcipimus. in fine.

k **S**i seruo. Testator Sticho libertatem in testamento reliquit, Casum po- & eidem fundum: in sequenti die alienauit Stichum ex vo- nit. luntate: & sic libertas & legatum sunt reuocata tacite. tertio in co- dicillis expressè ademit libertatem. quaritur, an legatum fundi ac- quiratur emptori ser- ui: Respon. non, tū pro- pter tacitam reuocatio- nē libertatis, tuin pro- pter expressam, cùm le- gatum fundi sine liber- tate esse nō potest. Nec dicat quis inutilem ex- pressā adēptionē liber- tatis quasi alieno ser- uo: quia imò est utiles: quia potest redimi: & sic recoualesceret liber- tas, nisi expressè esset adēpta. Accur.

l **Dato.** id est relicto.

m Legato. s. fundi.

n Alienato. seruo.

o Adimatur. scilicet ex- pressè in codicillis.

p Peruenturum. aliud in hereditate: vt institu. de here. instit. §. quod si a- lienatus. Accursius.

q Confitit. i. valet.

r sicut datio. scilicet li- bertatis cōstitutæ, cùm in eum &c. tunc enim valet libertas: quia po- test redimi: ergo & su- pra valet adēptio: quia potest redimi: sicut ecō tra vbi non valet datio, nec adēptio: vt. s. cod. legatum. §. finali. & dic secundū Rō. & Azo. quod in princ. huius. l. allegabatur: quia solam libertatem ademit testa

tor, quod aliud legatum iam serui alienatione euacuatum silentio roboretur: idemque de libertate diceremus, scilicet vt esset adēpta etiam si expressim post alienationē serui non esset facta adēptio: vt institu. de hered. instit. §. quod si alienatus. Videtur ergo quod illa adēptio expressa sit superuacula, sed non est: quia si fa-

cta non esset, seruo autē aditam hereditatem, hereditati quæsito, vel à testatore redempto, conualeceret libertas: vt. j. de testa. ma. l. verum est. sed hæc expressa adēptio operatur ne amodo liber- tas redempto seruo suo data præsumatur. in legato verò nil opera- retur expressa, quod non operaretur tacita. nec enim legatum præ- sumitur datum etiam redempto seruo: vt. s. eo. cùm seruus. sed nec finis huius legis corrigit principium. nam in primo casu vitiatur le- gatum alienatione: nec conualescere potest redempto seruo: quia sine libertate est. nam non videtur data, cùm sit adēpta: vt supra de his quæ in testa. delen. l. j. & supra eodem. l. & si transferam. in alio verò casu cùm libertatem habeat, nil prohiberet ipsum lega- tum capere: nec valet adēptio libertatis in ultimo casu, quia in- ciuile est casum liberi hominis expectare: non autem serui redem- ptionem: vt. j. de verb. obliga. l. inter stipularem. §. homo liber. Sed cur non præsumitur reuocatum legatum per dationem liber- tatis sicut per alienationem: Respon. quia datio libertatis non vide- tur alienatio: quia habet eum libertum.

f Insserat. in testamento.

t Manumiserat. idem forte si alio modo sit liber factus: vt supra de here. institu. l. antepenul.

u Putant. sed malè. & sic statim corrigitur: sed superuacula &c. cui consonat. C. de testa. l. testamentum. & facit. j. eo. l. fi. & instit. de he- re. institu. §. seruuus. & j. l. proxii.

Seruuus.] **CASVS.** Per Gaium legatus est Stichus seruus Ti- stio in testamento: & ei seruo aliquid legatum est per eundem Gaium, puta fundus: & postea idem Gaius alienauit per vendi- tionem dictum seruum in Seium, per quod reuocatum est le- gatum Titij de ipso seruo, & legatum seruo relictum: & postea fecit dictus Gaius codicillos: & in eis ademit dicto Sticho quod ei legauerat. nunquid valet dicta adēptio? Et videtur quod non: quia legatum iam erat reuocatum per alienationē serui in Seium. legatum

legatum autem quod non valet, non potest adimi. Respon. tamen hic quod valet ademptio: quia & legatum prædictum potest sortiri effectum si redimatur seruus per dictum Gaium testatorem: & de nouo velit idem testator quod Titius prædictus habeat dictum seruum ex causa legati: per quod posset per consequens dictus Titius habere legatum seruo relictum: nisi fuisset expressè in codicillis ad emptum: & hoc secundum quod est in litera, redimatur, sicut ego habeo. Alij aliter exponunt secundum eandem literam: p. a quia testator redemit seruum à Seio, & heredes testatoris sponte dederunt Titio prædicto tam seruum quam fundum seruo legatum. Alij dicunt secundum eadem literam, quod dictum legatum seruo relictum potest sortiri effectum, si Titius legatarius proficerat nouam voluntatem testatoris volentis q. idem Titius habeat dictum seruum à Seio redemptum, & etiam fundum seruo legatum: vt s. eod. l. cum seruus. in fin. Alij habent in litera reddiderit: & tunc expone ut notatur in glossa.

[SERVO LEGATO.]

Legaui Stichum seruū meum Titio in testamento meo: & eidem seruo legatu fundum: & postea eūdem seruū inter viuos manumisi: per quam manumissionem tacitè reuocatum est legatum Titio relictum de se seruo, non autem propter hoc est reuocatum dictum legatum seruo teliūtum. & postea feci codicillos: & in eisdem expresse ademi Titio legatum de se seruo, & postea decepsi. nunc queritur, an valeat dicta ademptio in codicillis facta? Et dicitur quod non: quia legatum de se seruo Titio relictum non potest resuscitari etiam si rursus in seruitutem reciderit: quia per nouam seruitutem nouus homo esse videtur. si ergo non potest conualescere legatum de seipso seruo: ad quid diceremus utilem esse ademptionem prædictam? certè ad nihil. ipse ergo seruus liber inter viuos factus remanebit liber, & capiet legatum prædictum sibi à testatore datum. Viuianus.

a Si seruus legatus. Titio puta.

b Aliquid. scilicet legatum est, puta fundus. Accursius.

c Adimatur. scilicet expresse fundus, quod tamen tacite per alienationem serui erat reuocatum: vt nota. s. l. prox. i.

d Ei. scilicet seruo: quod legatum non cedit nisi ab adita hereditate: vt. j. quando di. leg. ce. l. heredis. s. fina.

e Ademptio. fundi expressa.

f Legatum. scilicet fundi.

g Procedere. id est sortiri effectum.

h Si redimatur. alias est, si reddiderit: & tunc dic id est dederit dominus serui legatum legatario, scilicet Titio. licet enim pecunia cū effectu obstante exceptione non possit solui: si tamen soluatur, nō repetitur, nisi ademptum sit legatum expresse. tunc enim soluenti per errorem datur repetitio: quia nulla inerat obligatio. vel dic: reddiderit propriè, scilicet seruus domino: & tunc procedit legatum si legatarius testatoris nouam proferat voluntatem: vt. s. eod. cū seruus. alias redimatur, scilicet seruus. & tunc dic vt. s. quia & datus sit Titio sponte tam seruus quam fundus: vel si proferatur secunda noua voluntas.

i Seruo legato. puto Titio. & sunt ibi ablatiui absoluti.

k Manumisso. scilicet postea.

l Legatum. id est ipse seruus expressim adimatur legatario.

m Nullius momenti. id est superuacua: quoniam ademptione per manumissionem iam facta erat.

n Legatum. scilicet fundi seruo.

o Capiet. vt. & s. l. prox. in fine.

p Nam & si rursus. bene dixi superuacuam ademptionem per ma-

numissionem: nam &c.

q Legatum. seruo.

r Eius. scilicet serui, id est legatum quod est ipse seruus. & facit infra de verbor. obligat. l. inter stipulantem. s. sacramen. & de solu. qui res. s. aream. Sed cōtra supra de lega. iij. l. si chorus. s. fin. si deest ibi non. Solu. hīc post mortem testatoris recedit in seruitutem, nec post habuit nouam voluntatem. ibi antē mortem, & post habuit nouam voluntatē: ad quod est supra eo. cū seru. in fin.

tur, an in tua potestate sit ex causa fideicōmissi eligere ut fideicōmissum non p̄f̄stes. Et magis posteriorem scripturam testamenti placuit spectari.

Si testator appellauerit libertū in testamento ingratum, in quo ei legauerat, videtur eidem admissē legatum. hoc dicit.

xxix. P A V L V S libro tertio
Sententiarum.

Libertus u. qui in priore parte testamenti legatum accepit, & ingratus postea eadem scriptura à testatore appellatus est: commutata voluntate actionem ex testamento habere nō potest.

Fideicōmissum ab vno in aliū trāsfertur cum onere speciali: & onus primò iniunctū in persona ad quam trāsfertur, in onere speciali non videtur repetitum. Bar.

c xxx. S C A E V O L A libro vicen-
simo Digestorum.

A Lūnæ suæ plura legauerat: quedā ex his abstulit: quedā vt p̄f̄starētur, ab heredesuo petiit: in quibus & viginti dari vo-

demotis. l. auiā. & supra de alimen. leg. l. Gaio. in princ. & facit. j. a] Alias inci-
co. alumna. in fin. j. respon. &. s. ab heredibus. &. s. qui filias. & de pit. quia.
pecunia lega. l. si peculium. &. s. eo. titu. l. Aurelius. s. testamētum. AD-
DITIO. Dic secundum Bartolum quod hīc loquitur de onere im-
posito in eodem legato: ibi verò loquitur de onere imposito in-
stitutioni, an videatur repetitum in legato.

Ibertus.] CASVS. Sticho liberto meo legauī. c. & postea dixi in eodem testamēto in quo ei legaueram, quod ipse erat mihi ingratus. certè mutasse videor voluntatem: & idē legatum petere non poterit dictus libertus ab heredibus meis. Viuianus.

u **Libertus.** facit. s. eo. diui. &. C. de iis quibus vt indi. l. hereditas.

A lumen. CASVS. Sempronius fecit testamentum, & instituit sibi heredem quandam nomine Azum: & Sempronij alumna suæ testatoris sororique dicti Azi heredis plura legauit: & postea quedam ex his legatis ei alumna abstulit, & quedam ex his vt p̄f̄starentur ei petiit à dicto suo herede. inter quae legata. xx. dare voluit eidem alumna, his verbis, hoc amplius do lego dariq; volo Sēproniæ alumna meæ. xx. libras auri: & committo fidei ita à Aze heres meus vt in primis Sempronij sororem tuā alumnam meam pro tua pietate & regere & tueri velis: & si putaueris eam ad bonam vitæ consuetudinem reuersam. xx. auri libras ei alumna reddas cum morieris: & interim tu p̄f̄stes ei redditus, id est vñuras fēmisses de dictis. xx. libris auri. & postea fecit codicilos & in eis transtulit eas. xx. lib. auri ad Mæuiū, legando eas ei: & fidei eius Mæuij commisit in hæc verba. xx. libras auri quas in testamēto Sempronij alumna meæ reliqui, eas dari volo Mæuij, cauionibus ab eo interpositis, vt ex ea summa eidem Sempronij quādiu vixerit ipsa Sēpronia, p̄f̄stet pro viētu. v. denarios omni mēse, & pro vestiariis centenos quinos aureos, id est quinque. xx. omni mense, idque fidei vestræ siue tuae committit à Mæuij. certus autem sum te Mæuij pro tua pietate peiturum ab herede tuo vt voluntas mea in persona alumna meæ durer. & postea decessit dictus Sempronius. nunc queritur, an dictus Mæuij sit cogendus restituere Sempronij dictas. xx. libras auri post mortem suam Sēpronijs, sicuti rogatus fuerat Azus heres: Et respon. quod non: sed alia quæ relata sunt alumna à Mæuij per testatorem, id est menstruosis denarios. v. pro viētu, & menstruosis quinque. xx. aureos pro vestimentis deberi à dicto Mæuij & ab heredibus eius eidem Sempronij alumna donec ipsa viuet. Viuianus.

- a Viginti auri. non purè, sed post mortem, ut subiicit.
 b Atti. proprium nomen est heredis, id est fratriis alumnæ. Azo. vt
 appetat. j. vel non erat frater, sed fraterna charitate eam diligebat:
 vt. s. de here. instit. l. nemo. §. qui frater.
 c Ad Mæuium alias est ad Mæuiam legatariam, sed falsa est litera
 nā in multis locis oportet dici, Mæuius id est
 Mæuiam: & hæc vera.
 d Denarios quinque. scilicet pro vieti.
 e Centenos. dic cétenos & vicenos quinos, id est
 quinques viginti poni pro eodem. & dic men-
 struos.
 f Certa sum. per hoc vi-
 detur relinquere fidei-
 cōmis. vt. s. tit. j. l. vnū. §.
 fina. & de leg. j. l. filius fa.
 §. vt quis. & de leg. iij. l.
 Pamphilo.

- g Attius. quod videba-
 tur per verba superio-
 ra, certa sum &c.
 h Sed alia. scilicet mé-
 strua. & sic posterior
 scriptura minime gra-
 uat. sic. s. l. si tibi certam.
 i Et ab herede. quasi he-
 res legatarij sit rogatus:
 quod valeret: vt. s. de le-
 ga. iij. l. si fuerit. §. fi.

Titia. CASVS. Titia fecit testamētū, & insti-
 tuit sibi heredē in vna
 vncia Seiā libertam suā
 & etiā suā collactaneā.
 fuerū enim nutritæ de-
 lacte vnius mulieris. &
 Seiū & Gaium pone in
 stituit sibi in. xj. vnciis:
 & postea Paphilo suo
 liberto dedit prædia p
 fideicōm. inter quæ de-
 dit eidē Paphilo syncte-
 sin, i. omnē pensionem
 prædiorū quæ appellab-
 atur circa Colonen. Itē
 eidē Paphilo liber-
 to postea donauit per
 epistolam etiā alias res.
 inter quæ verba episto-
 lę ita locuta ast dicta Ti-
 tia de dicta Seia & de
 dicto Paphilo: Ego Ti-
 tia mitto salutē heredi-
 bus meis: & volo firma-
 esse quæ ī inferiori par-
 te testamenti mei ordi-
 nata sunt: & quæcumq;
 inueni me fecisse in no-
 mine Paphili: & si dicta
 Seia collactanea mea
 mihi noluerit heres esse
 ex ea parte ex qua eam
 scripsi, i. ex. xij. id est ex
 vna vncia, volo ei dari synctesin quæ est circa Colonen. & postea
 deceſſit dicta Titia: & postea dicta Seia liberta omissa parte in
 qua instituta fuit, elegit ex codicillis siue ex dicta epistola dictū
 fideicōmissum de dicta synctesi. dictus autem Paphilus petebat
 dicta prædia quæ erant in synctesin, ex causa fideicōmissi sibi in
 testamēto per Titiam relicti, quasi debeat cōcurrere cū dicta Seia.
 nunquid Gaius & Seius prædicti & etiam Seia prædicta possunt
 eum Paphilum repellere exceptione dolii? Et dicitur quod sic: quia
 fideicōmissum prædiorū in synctesin datum Paphilo in
 testamēto. videtur per epistolam translatum in Seiam. Viuianus.

k Libertam. quia eam manumiserat pater Titia.
 l synctesin. Græce, Latinè dicit omnem possessionem seu latifun-
 dium. seu massam. de qua in. l. j. de reb. dubiis. Cont.

m In quibus. id est inter quæ verba epistolæ.

n Salutem. Hæc est epistola in Græco, quam quidam libri habent
 translatam in Latinum per hæc verba, volo &cæt. Alij non habent
 & exponunt Græcum quod significet, prædia quæ reliqui Pam-
 philo, Seiæ dono. & secundum istos petet Seia quasi ex donatio-
 ne inter viuos: secun-
 dum primos per fidei-
 commissum.

Vide Al-
 cia. lib. pra-

Seia. CASVS. Liber-
 ta quæ erat de Campa-
 nia, iuit in prouinciam:
 antè tamē quām irer, fe-
 cit testamentū, & insti-
 tuit sibi heredes Gaiū
 & Sépronum, & petuit
 ab eis ut si ipsa in pro-
 uincia decederet, dare-
 tur per eos Lucio Titio
 sexaginta, vt is Lucius
 Titius corpus eius cura-
 ret, & in patriā testatri-
 cis, id est in Capaniam
 collactanea reportaret. Itē dixit, cui
 Lucio Titio cōcedit vo-
 lo si quid ex ea pecunia
 supererit ei à prædictis
 faciendis. his factis fecit
 eadem die codicillos, in
 quibus ita scripsit: Peto
 à vobis heredes mei vt
 siue in prouincia siue in
 via aliquid mihi huma-
 nitus cōtigerit, puta qā fundiū.
 moriar: corpus meū cu-
 retis vos heredes repor-
 tare in Campaniam, &
 in monumentū filiorū
 meorum. & postea de-
 cessit dicta Seia in pro-
 uincia, vel in via: & di-
 eti heredes sui reporta-
 uerunt corpus suum in
 Campaniā, & posuerūt
 in monumentū filiorū:
 & in eo faciendo expē-
 derūt quadraginta, po-
 ne: & ita superfuerunt
 viginti de dictis sexaginta. nūc venit Lucius
 Titius, & petit illa. xx.
 nunquid debetur ei? Et
 dicitur quod non: quia
 ademptū est ei per co-
 dicillos ad heredes fa-
 ctos. Viuianus.

* Seia liber-
 ta ab here-
 de.

o seiā liberā. hīc habēt
 quidā, in Seiam libertā:
 & incipit. §. seq. ab here-
 debus. alij nō habent, &
 subaudiunt, scilicet in
 Seiam libertam. & inci-
 pit. §. Seia liberta &c.

p Humanitus. expone
 vt institu. de donatio-
 nibus. §. j.
 q Reportare. scilicet cu-
 retis.

r Ademptum videri. contra. j. de condit. & demonſt. l. si quis seruū.
 Solu. ibi fauor libertatis. vel ibi onus seruo iniunctum fuit adem-
 ptum. hīc autē onus impositum Lucio fuit impositum heredibus,
 & ademptum Lucio. & facit. s. eo. l. si tibi certa. & de fundo instru-
 o. l. quæſitum. in fine. Arg. contra infra de conditio. & demōstra.
 l. si quis eum. Item argumen. contra supra de testa. l. heredes. §. & si
 quis. Solu. ibi. Item nota quod onus concomitatur emolumētu-
 & econtra. sic. s. de ali. leg. l. Gaio.

sui filias.] CASVS. Titius habens in bonis. xl. pone, & habēs
 in ære alieno. l. pone, & habens duas filias, scilicet Primam & Se-
 cundam, fecit testamentum, & instituit sibi dictam Primam in. cc.
 id est in tantum de bonis, quod capiebat. cc. & secundam intan-
 tum quod capiebat. c. & Seium & Gaium intantū quod capiebat
 alia. c.

alia c. & postea inter eosdē heredes & in eodem testamento fecit diuisionem bonorum suorum quasi omnium: ita q̄ culibet heredum assignauit quasdā res: & remanserūt à dicta diuisione. l. indiuisa, id est tantū de bonis, q̄ valebat quinquaginta. & postea subiecit hæc verba in eodē testamēto, reliqua autem omnia bona mihi existentia & superantia à dicta diuisione, similiiter & hereditatis mea onera erunt dictarum duarum mearum filiarum: quæ onera ex his meis bonis subsistut. nā quædam ex meis oneribus satisfeci iā, & quædam non. postea fecit codic. & in eis reforma uit totā diuisionē quā in testamento fecit, id est aliam formā ei dedit id est quasdā res quas per diuisionem filiabus dederat, dedit coheredibus earum: & quasdā quas dederat coheredibus, dedit filiabus: & quædam ex dictis suis bonis similiiter indiuisa remāserunt, sicut & in diuisione in testamēto facta remāserunt quædam indiuisa: & postea deceſſit dictus Titius. nūc quæritur, an dicta filiæ Titij possint cōſequi vt ipsæ foliæ habeat ea quæ nominatim eis relicta sunt in diuisione quæ nouissimè à patre facta est, scilicet in codicil. qđ quidem coheredes earū negabant. Et videtur q̄ non, propter verba testamēti: per quæ verba testamēti aliter & alter diuisionem fecerat. Respond. tamen hīc q̄ bene possunt hoc cōſequi: quia per diuisionem in codicillis factam non videtur Titius recessisse à tota voluntate expressa in testamento: sed ab his tantū rebus videtur recessisse quas reformauit in diuisione in codicil. facta. habebūt ergo filiæ malo velle coheredū res quæ obtigerunt eis per diuisionem in codicillis factam: & coheredes earum habebunt alias res quæ obtigerunt eis coheredibus per diuisionē eandem in codicil. factam. tota autē alia voluntas in testamento scripta remanabit in suo statu, scilicet vt ea bona quæ non sunt diuisa in testamento, nec in codicil. & vt onera hereditaria quæ capiebant. l. vt dixi, sint solummodo dictarum filiarum. Viuianus.

a Instiuerat. & quosdam alios: vt. j. patet.

b Solum duarum. q.d. non coheredū: & sic duo dixit indiuisa pertinere ad filias, & ipsas subire onera æris alieni.

c Vt sole. & non alijs coheredes.

d Non à tota. sic &c. de testa. tu. & si à patre. & de rei vxo. actio. l. j. §. sciendum. Sed contra. s. eo. l. si tibi certa. Sol. hīc prius testamētum nō rumpitur per codicillos: sed ibi vtrumq; erat testamētum. Rog. vel vtrumque relictū in eodem testamēto. Itē contra. s. de testa. heredes. §. si quid. Solu. secundū Azo. s. de solennitate testamēti, hīc de mutatione diuisionis. ADDITIO. Ista solutio displicet Bart. idē dic aliter secundū Dy. q̄ hīc res assignata ex causa diuisionis, videtur capi tāquā prælegata, & prælegata potest in codicillis mutari &c. & in l. cōtraria volebat sine solēnitate mutare. Acc.

Cum post.] C A S V's. Titia habēs filium nomine Priscillianum, & fratrem nomine Marianum, & maritū nomine Iāuarium, fecit testamētum, & instituit sibi prædictos heredes, &c. prælegauit dicto Priscilliano: & postea fecit quandā epistolam sive codicil. & in eis ita cauit: quoniam cognoui Priscillianū filium meum in extremis esse, id est iuxta mortē (erat enim infirmus ad mortē Priscillianus) duxi piissimum & iustissimum, portionem eius Priscilliani hereditatis quam ei testamento dederam, legare Mariano fratri meo, & Iāuario marito meo æquis portionibus, & etiam si quid amplius eidem Priscilliano legauerā, vnde si quid humanitus ei Priscilliano

A contigerit, pura q̄ moriatur: do lego dariq; eis Mariano & Iāuario volo dictam portionē hereditatis quam habuit à me in testamēto Priscillianus, & dictum legatū quod ei dedi. & postea deceſſit dicta Titia testatrix: & postea fuerūt apertæ tebulæ testamēti sui: & postea deceſſit Priscillianus ex dicta infirmitate. nūc queritur, an ex causa fideicō.

stanti infirmitate, ita demum habet effectum, si ex eadē infirmitate legatarius moriatur, non si ex alia. Bartolus.

Cū pōt apertas tabulas testamēti Priscillianus vixerit, de cuius legato portionēq; hereditatis mater epistula ita cauerat: Quoniam cognoui Priscillianū filium meū in extremis esse, iustissimum & piissimum duxi, portionem eius f hereditatis quam ei testamēto dederā, legare Mariano fratri meo, & Iāuario marito meo æquis portionibus. & si quid ei amplius legauerā, vt si quid ei humanitus h+ contigerit, do lego, dariq; eis volo: postea ex eadē infirmitate i Priscillianus deceſſit. quæſitū est, an legatum quoque eius ad Iāuarium & Marianū ex causa fideicommissi pertineat. Respōdit, posse videri, si deceſſisset ex ea infirmitate, omnimodo & legatum ad eos de quibus quæretur, tranſtulisse.

Si seruus legatus transferatur in fundum, vt ibi perpetuò sit: legatum de eo factum videtur extinctum. Bartolus.

xxxii. IDEM libro quartodecimo Digestorum.

F Ilio ex parte heredi instituto duos fundos cum mancipio,

D F Ilio ex parte.] C A S V's. Titius instituit sibi heredem Seium filium suum, & vxorem suam Gaiam, & dicto filio duos fundos prælegauit cum mancipliis & omni instrumento dictorum fundorum. Item dictæ suæ vxori prælegauit multa, inter quæ prælegauit ei Stichum & Damam seruos suos. postea cūm cognouisſet idem testator non esse aliquem villicum in altero ex fundis filio prælegatis, misit in dicto fundo Stichum prædictum vxori prælegatum, & præfecit sive præposuit eum tam rei rusticæ quā rationibus fundi prædicti, & postea deceſſit idem testator. nūc quæritur, vtrum dictus Stichus pertinere debeat ad vxorem, an ad filium? & dicitur quod ad filium. [M A T R I S V A E.] Titius instituit sibi heredem Seiam matrem suam, & Gaiū, & prælegauit quatuor prædia dictæ suæ matri: & fidei eius matris commisit, vt ex his quatuor prædiis duo restitueret socero ipsius testatoris: & postea fecit codicilos, & in eis socero ademit dictum fideicommissum dictorum fundorum, & postea deceſſit idem Titius. nūc quæritur, vtrum nihil minus ad matrem pertineant dicti duo fundi? & dicitur quod non. [S E I A T E S T A M E N T O.] Seia fecit testamentum, & in eo legauit Titio suo priuigno. x. pondo auri, & postea prædictus Titius accusauit eam, dicens quod ipsa fecit occidi patrem suum Titij, maritūmque quondam ipsius Seię. post institutam autem dictam accusationem dicta Seia fecit codicil. & non ademit dicto suo priuigno legatum prædictum, & ante finem dictæ accusationis deceſſit ipsa Seia, & nihil minus quoad bona ipsius Seię confiscanda peracta non fuit causa prædicta homicidij: & postea pronuntiatum est patrem dicti Titij nō esse interemptum scelere dictæ Seię nūc queritur, an ab heredibus dictæ Seię debeat reddi legatum prædictum? Et videtur quod sic: quia ipsa in codicillis prædictis non ademit ei. Respond. tamen hīc quod non: quasi tacite sit ademptum propter dictam accusationem de eo factam. [F I L I A E.] Titius instituit sibi heredem Seiam filiam suam quam habebat in potestate, & Sempronium & Gaium: & inter cetera quæ prælegauit eidem filiæ,

pertineat ad Iāuarium & Marianū etiā legata eius Priscilliani, nedum portio eius hereditatis? & dicebat quidam p̄dicta ad eos pertinere siue Priscillianus deceſſit ex dicta infirmitate, siue ex alia. Respōtamē hic q̄ita demū pertinet p̄dicta ad eos, si Priscillianus deceſſit ex dicta infirmitate, & non alia. Viuianus.

c Testamenti. quod fecerat mater Priscilliani, in quo ei portionē hereditatis & quædam p̄dicta legauit. Azo.

f Eius. scilicet Priscilliani, id est quam habet loquendi figura, qua significatur mors. Instit. de donat. l. 162. J. de verbo. signi.

g Legaueram. sub. duxi legare. & adde adiectis his verbis, vt si quid &c. Accursius.

h Humanitus. p̄ hoc videbat quādociūq; decederet & quacūq; infirmitate Priscillian⁹, qđ ei relictū fuerat, etiā ad Iāuarium & Marianū trāflatū fuisse: qđ remouet.

i Infirmitate. securus ergo si ex alia. R. & facit. s. qui ex cau. majo. l. ab hostib. §. sed quod simpliciter, & de vulg. substit. & l. filio. Sed arg. cōtra. s. de libe. & postu. l. placet.

prælegauit ei peculiū ipsius filiē. postea idem testator exegit decem à quodā debitore, & pecuniam ipsius filiē in suam patris rationem A conuertit: & postea deceſſit idē testator. nūc queritur, an dicta filia possit agere cū cohereditibus suis eo nomine, id est propter dictā pecunia à debitore exactam? Et R. quid non, niſi probet exactam di-ctam pecuniam per te-statorē animo non adi-mendi. Viuianus.

a Legauit. id est præle-gauit prædictō filio.

b Nec vxorem. inspicitur enim tempus quo cedit dies legati: vt & s. de fund. instru. l. penul. & argu. s. de lega. i. l. quid in rerū. s. si quis poſt. & de lega. i. l. peculium. in princi. & j. eo. l. si.

c Legauit. id est præle-gauit.

d codicillis. sic ergo qd̄ testamēto relinquitur,

e] Limita, ni in codicillis adimitur: ſi filio iure vt institu. eod. in princi. institutionis & not. ſupra de testa. l. legatum cer heredes. §. j.

f rei effet factū. quod

g Cur ad matrem. imòvi- & eleganter detur apud matrē rema-signauit.

nere: vt. s. de alimē. lega. Bald. in au- l. pecuniae. que est contra. Solu. ibi fideicōmis.

ſa. 6. q. C. de li. præte. vel exhe.

h cōmisiſſum. hīc pœnitētia te-statoris: quæ patet in adimēdo legato. hīc gra-uando matrē videtur pœnituisse de eo quid̄

quatuor ei legauerat, ar-gu. s. eo. l. quid ſi. & l.

i & ideo. Vel hīc ab ini-tio nil plus niſi duo ma-tri erat relicturus. Tu di-

cas quid̄ hīc quoad illa duo mater vt ministra

fuit electa: vt & s. de le-ga. i. l. ſi quis Titio. & l.

j ſi quis quos. & j. de do-na. cau. mor. l. ſi filio.

sed in cōtrario vt lega-tarius. Et eodem modo ſolue. C. de cadu. tollen. §. pro ſecundo. &

ſupra de lega. i. l. ſi fundum per fideicōmissum. §. Iulianus. & de lega. i. l. pater. §. Tusculanus. & j. de condi. & demon. l. ſi quis cum.

quæ ſunt cōtra. & dic vt d. l. ſi quis Titio. apparet ex predictis quid̄.

id quod dicitur ademptum, non videtur datum: vt. s. de his quæ in teſta. delen. l. j. §. penul. quod verum eſt quantum ad illum locum cui eſt ademptum: non quātum ad locum de quo eſt ademptum:

alioquin adempto legato illi ad quem trāſlatum eſt. primus ſtatim viam agendi conſequeretur, quod hīc negat ſecundū Ro. & Azo.

k Legauit. Titio priuigno: vt. j. patet.

l Accuſauit. incidenter, cū heres Seiæ dotem repereret, vt eam priuignus incraretur: vt. C. de repu. l. confenſu. & s. ſolu. matri. l. ſi ab hosti-bus. Vel dic quid̄ direcō criminaliter accuſabat. l. Corne.

m de ſica. vt. C. de ſica. l. ſi qui.

n Acta cauſa, poſt mortem Seiæ, & hoc ciuiliter excipiendo. Vel dic etiam criminaliter qnoad bona tantū. quod dic vt not. C. ſi reus vel accu. mor. fu. l. fi.

o Non ademerit. quia tacitè videtur ademptum: vt. s. eodem. l. ex parte. & l. i. i. ſ. fina. & l. ſeq. en. & facit. j. de his qui. vt indig. l. j. & l. indignum.

p Probaret. præſumitur enim ademptum: vt ſupra ea. l. in princi. & de lega. i. l. cū pater. §. filia. & l. antepenul. in princ. Azo. & de lega. i. l. fideicōmissa. ſi rem. & l. qui filium.

q Etrahere.] C A S V S. Legauit tibi centum lib. Bonon. certè bene-poffum promp̄e & leuiter & expeditè adimere totum legatum prædictum, vel eius partem quotam, vel non quotam: & tam minimam quantitatē quātum maximam dicti legati adimere poſsum: & etiā vnum nummum poſsum adimere, & etiā dicto legato leuiter adiicere poſsum. Si autem legaſsem tibi equum vel ſu-dum, obſcurum & difficile eſſet adimere vnum vel duos denarios in dicto fundo vel equo. nam non poſsum præſcribere in fundo

tam breuem partē, vel in equo, quia ad id non haberemus in prō- ptu propria nomina, ſicut habemus in pecunia. pecunia enim deſignatur in partibus per ſolidos, & per libras, & per vnum nūmum vel plures, vel per quotas partes, ſed fundus deſignatur tantū per quotam: vt puta dimidiā, & tertiam, & quartā, & ſic de ſingulis.

[C V M L I B E R T A S.]

Sticho feruo meo legaui. c. & libertatē, poſtea ademi ei ſola libertatem. nūquid videtur ei ademptum legatum? Et dicitur quid ſic. vnde nihil facit ad rem, adimam vel non adimam * interepū. ei legatū: quia ſemper videtur ademptum ex quo ademi ei libertatē, quia legatum nō potest habere ſine libertate. Viuianus.

l Pecuniam. cum ſola pe-cunia legatur, expeditè fieri potest vel toti⁹ vel partis adēptio, vel quo-tæ, vel nō quo-tæ, & tam minimē quātitatis quā

maximæ, veluti vniu-nūm. re verò corporali legata, vniu-nūm adēptio fieri non po-test, puta in fundo: quia obſcurū & difficile eſt deſcribere tam breuem partem ſūdi, idē quia ad id propria nomina, ſicut in pecunia, in prō- ptu non habemus. Ro-

nā pecunia per ſolidos vel per libras, per num-mum vnum vel plures, & per quo-tas in parti-bus deſignatur: ſed fundus rātum per quo-tam & dimidiā & tertia: & ſic de ſingulis.

m Seruſ. propriis te-statoris: quia eis legatum ſine libertate nul-lum eſt: vt. s. eo. l. & fi

Per exactionem debitoris legatum de eo factum videtur extin-ctū, niſi aliud appareat. Bartolus.

Filiæ quam in potestate habe-bat, inter cetera legauit peculiū. idem poſt factum testamentum pecuniam à debitore filiæ exegit, & in ſuam rationem conuertit. Quæro, an filia eo nomine cum hereditibus patris agere poſſit. Reſpondit, ſi probaret k non adimēdi animo factum, agere poſſe.

XXXII. VENVL EIVS libro decimo Actionum.

D Etrahere legatis vel adiice-re, ſi nihil preter numeratā pecuniam l legatum ſit, promptum eſt. cū verò res corpora-les interuenient: & ſcriptura diſſicilior ſit, & obſcura portio. Cū libertas adimitur, legata ſeruſ m reliqua nihil attinet adimi.

D transferam. & facit. s. eo. l. ſi ſeruo.

DE REBUS DVBIIIS.

Huic ferè responderet titulus qui eſt in Codice de verborum & rerum ſignificatione. nam & ſi hac de re dictum ſit poſtremā parte libri tertij de legatis, reſtabant tamen pleraque dicenda de ambiguo ſermone legatorum & fi-deicōffisorum, qui rem dubiam plerumque efficit, quamquam & detra-cto ſermone ambiguo res dubia dici poſit quæ in ſuſpenſo eſt quoad ex poſt facto conſirmetur, quia res qua de agitur nondum certum eſt valeat nec ne l. iſ. Res item dubia ſive ambigua eſt, ſi incertus ſit ordo naſcentium vel mo-rientium in ſpecie l. II. §. vltim. & aliarum legum quæ ſunt de commori-entibus, vel ſi incerti perſoni legatum relinquatur. nam & de incerti perſoni in hoc titulo agitur. Cuiacius

F vndum.] C A S V S. Mæuius reliquit Gaio amplum ſu-dum poſitum intra certos cōfines. poſtea dictus Gaius diuifit dictum fundū in quatuor partes ad hoc vt me-lius poſſet colere: & cū totale omnium dictarum quatuor partium vocaretur Mæuianum, eo quid̄ à Mæuiio peruererat ad eundem Gaium: vni de dictis quatuor parti-bus imposuit idem Gaius nomen Mæuianum. vnde totale dictū prædiū vocabat Gaius Mæuianum, & dictam quartam partem ipſius fundi vocabat ſimiliter fundum Mæuianum. totalis autē di-ctus fundus valebat. c. pone, & dicta pars quarta valebat. xx. Item alibi habebat dictus Gaius quendam aliam fundum quem voca-bat Seianum. nunc iſte Gaius fecit teſtamentum, & legauit Titio fundum Mæuianum aut Seianum ſubalternatu, non adiiciendo de quo Mæuiano ſentiret, vtrum de magno, an de paruo: & forte dedit elecōionem Titio legatario vtrum acciperet Seianum, vel Mæuianum: & poſtea deceſſit dictus Gaius teſtator. nunc queri-tur, de quo Mæuiano videretur ſenſiſle dictus teſtator, vtrum de paruo, an de magno: & diſtinguitur: aut dictus fundus Seianus & qui-ualet mi-

valet minori fundo Mæuiano: aut maiori fundo Mæuiano. Primo casu videtur testator sensisse de minori fundo Mæuiano legando dicto Titio legatario: & sic legatarius poterit eligere fundum Mæuianianum minorem, vel Seianum. Secundò autem casu iudicabimus eum sensisse de totali siue vniuersali fundo Mæuiano: & sic dictus legatarius poterit eligere fundum Mæuianianum

Item si pater.] C A S V S. Titius ita scripsit in testamento suo, si aliquis mihi filius aut filia genitus fuerit, heres mihi esto: & si mihi filius aut filia heres non erit, Seius heres esto. & decepit: postea natus fuit ei filius ex vxore prægnante, & extitit ei heres. nunquid admittitur substitutus prædictus in aliquam partem? & certe secundum strictum ius ita distinguitur: aut dictus Titius intendebat per dicta verba testamenti non aliter esse heredem Seium, quam si neque filius neque filia sit ei heres: aut cūm haberet filium & filiam, voluit vtrumque heredem instituere: & siue alter heres futurus sit, voluit extraneum, id est prædictum Seium immiscere: siue neuter heres futurus esset, prædictum extraneum voluit substituere. primo casu, id est quando testator intendebat per dicta verba testamenti non aliter esse heredem Seium, quam si neque filius neque filia sit ei heres: non satis videtur declarasse voluntatem suam prædictam per dicta verba testamenti: quia si etiam filia sit heres, videtur per dicta verba substitutus admitti: quia aut filius aut filia non est heres. omnis enim disiunctiva est vera, cuius altera pars est vera: vt supra. proxi. s. sed debuisset ita dicere: si mihi neque filius neque filia heres erit, Seius heres esto. & tunc erit verum quod ipse intendebat, scilicet quod Seius non esset ei heres nisi filius & filia non sit ei heres. In secundo autem casu aut tertio bene habent effectum suum dicta verba testamenti, si quis mihi filius aut filia &c. quamvis autem ita dixerim de stricto iure in primo casu: tamen de æquitate ita est interpretanda sententia testatoris, scilicet vt siue filius siue filia nati ei fuerint, &

ille natus fuerit ei heres: Seius extraneus non admittatur nisi specialiter testator expresserit velle substitutum admitti si non essent ei heredes filius & filia. Viuianus.

a Declarauit. hoc ideo, quia si etiam filia sit heres, videtur admitti substitutus: quia filia aut filius non est heres. nam omnis disiunctio est vera cuius altera pars est vera, vt. s. §. vtrū. licet in fin. huius. l. contrarium statuit.

b Voleat. & hoc faciet. Accursius.

c Misere. id est adire: quod est extraneorum: vt instit. de here. qua. & differen. §. extranei.

d Non admittatur. licet fecus in stipulatio, vbi sufficit alteram partem disiunctio esse verā: vt s. §. vtrū. ibi, quia cū significatio &c. quae est cōtra. Solu. speciale hīc propter votum parentum: vt argu. C. de fidei- commis. l. cū accutissimi & de instit. & subst. l. generaliter. §. fin. & s. de here. insti. l. Lucius. ij. Accursius.

* procluius est sententia & paulo post, interpretandam. **S**i quis ita scriperit.] **C**ASVS. Titius in scriptis faciens testamentum ita in eo scripsit siue dixit: illis testibus q̄ testamētum meū signauerint, heres meus. x. dato. nunquid valet legatū? Et videtur q̄ non tū propter incertitudinē: vt instit. de leg. §. legari. tum quia in re sua videntur testes. Respon. tamen hīc quōd valet legatum: & est ratio, quia testes merentur legatum prædictum habere ideo quia seruunt testatori signando testamentum: & sic per consequens testamentum cōfirmatur per eorum subscriptionem: & non obstat illud quod dixi de incertitudine: quia corrigitur dictus. §. legari. in sequentibus. §. §. Item non obstat quōd videantur esse testes in re sua, quia non principaliter sunt testes in re sua: sed testamenti sunt testes: licet secundario sint testes in re sua. Viuianus.

e Signauerint. id est sigillauerint. & nota testibus item distantibus posse legari: vt hīc, &c. C. de testa. l. dictantibus. non autem scribentibus: vt. C. de his qui sibi ascrip. l. senatus consulto. Sed videbatur hoc legatum non valere, tum propter incertitudinem: vt instit. de lega. §. legari. tum quia in re sua est testis. sed respon. non principaliter in re sua, sed testamenti sunt testes, licet secundario in re sua. vt instit. de lega. §. legari. Item primum ratione incertitudinis corrigitur: vt ibidem not. institu. de lega. §. legari. Accursius.

f Quia ipsum. non est bona ratio, vt patet ex prædictis, nisi dicas quia meruit seruendo testatori in hoc: vt. s. pro socio. l. nec adiecit. cum seq. & licet eadem ratio sit in scribente, tamen ibi est alia ratio in contrarium, scilicet falsitatis timor: quia per eum facilius posset committi.

Qvædam sunt.] **C**ASVS. Legavi tibi equum meum, & decessi. Postea te deliberante vtrum velles legatum vel non, heres meus vendidit dictum equum, & tradidit alij postea tu dixisti te velle habere legatum. certè traditio facta alij per heredem, nulla reputatur. si autem repudiasses legatum, valet dicta traditio. quædam enim sunt in quibus res dubia est quantum ad effectum, sed ex postfacto retroducitur, & apparet quid actum est: vt fuit in dicto casu. Est & alijs casus vbi est hoc idem: pura legavi tibi de cem quæ habebam in quodam sacculo in scrinio, & decessi. postea te deliberante vtrum velles legatum vel non, heres meus mutuauit eam Seio. nam si quidem tu legatarius non repudiaueris legatum, imò ad te volueris pertinere: videtur nunc heres credidisse alienam pecuniam, id est tuam. & ita non valuit mutuum. si vero repudiaueris legatum, suā pecuniam videtur heres mutuasse Seio,

& sic repeteret per condictionem certi ex mutuo. Sed quid si dictus Seius cui heres mutuauit pecuniam legatam, consumpsit eam? Certè idem erit dicendum ex euentu: id est cum certi erimus te legatarium repudiasse, vel non repudiasse legatum. nam ex post facto dicendum erit aut suam aut alienam pecuniam credidisse heredem Seio. mutuū tamen vtroque casu cōsumptione reconciliatur: vt infra de fidei. si quis pro eod. §. si numeros. Viuianus.

g si res. id est species: vt differat à sequenti respō. Sed quo modo est dubia: imò recta via transit ad legatarium ignorantem: vt. s. de lega. ij. cūm pater. §. surdo. Itē & legatum esse certum est. sed respon. dubia est respectu finis vel effectus: quia fingitur retro nō valuisse, si postea repudiet: vt. s. de leg. j. legarius. §. j. & faciunt supra si cer. petal. proinde. & j. de manu. vin. l. iij. & ad Maced. l. sed Iulianus. §. quāquam. ibi, sed ab initio &c. & de nego. gest. cūm pater. & de sol. qui res. circa princip. & de leg. j. si mihi & tibi. in prin. &c. l. seruum [†] Adde lega filij. §. j. & l. si tibi homo tarium posse petere nē pro ipsa pecunia soltam. & sic largè vide per Bald. in l. 3. vlt. q. c. de leg.

Legatario repudiante fingitur res nunquam fuisse legatarij, sed semper heredi. Bartolus.

xvi. IDEM libro secundo Regularum.

Qvædam sunt in quibus res dubia est, sed ex postfacto retroducitur, & apparet quid actum est: vt ecce si res legata fuerit, & deliberante legatario eam rem heres alij tradiderit. Nam si quidem voluerit legatarius habere legatum, traditio nulla est: si vero repudiauerit, valet. Tantudem est & si pecuniam hereditariam legatam crediderit heres. nam si quidem non repudiauerit legatarius, alienam pecuniam credidit. i si vero repudiauerit, suā pecuniā credidisse videtur. Quid ergo si consumpta fuerit pecunia? Vtique idem erit ex euentu dicendum.

i Credidit. id est mutuauit.

k Vtique idem erit. quia aut suam aut alienam pecuniam credidisse dicendum erit. Azo. mutuum tamen reconciliatur consumptio: vt. j. de fidei. si quis pro eo. §. si numeros.

Qued pariter.] **C**ASVS. Quamvis tractatierimus de pariter mortuis supra eo. inter virum. & l. sequen. tamē & adhuc circa idem tractare volumus. & pono quosdam alios casus circa hoc, & est vnu talis: Mater dedit dotem Titio pro filia sua: & stipulata est dotem à marito sibi reddi mortua filia in matrimonio antē matrē. & postea cum matre sua simul decessit. nūquid ad heredē matris cōpetit aētio ex stipulatu pro dote? Et dicitur q̄ non: quia mater nō superuixit filia. Secūdus casus est: Titius dedit mihi dotem pro vxore mea quæ erat ei extranea, & postea fuit eam stipulatus à me sibi reddi mortua vxore mea in matrimonio antē mortē ipsius Titij. & postea ipse Titius decessit simul mecum viuente vxore mea prædicta, vel me viuēte decessit simul cum dicta vxore mea. nunquid transmitit ad heredē suum actionē de dote? Et respō. quōd non, vt dictum est in superiori casu. nam mater de qua ibi dixi, est extranea: vt instit. de here. quali. & dif. §. extranei. Tertiū casus est: Vxori mea prælegavi dotem suam, quæ erat. c. pone. eandem institui cum quibusdā alii, & ipsa postea simul mecum decessit. nunquid valet legatum vel institutio? Et respond. q̄ non, quia ipsa non superuixit mihi: vt. j. l. prox. ibi, in quibus casibus &c. nam & si heres vel legatarius testatori nō superuixat, non valet institutio vel legatum: vt. C. de cadu. tollen. §. pro secundo. Quartus casus est: Institui mihi heredes duos meos filios impuberes, scilicet Titium & Seium, & substitui pupillariter dictum Titium dicto Seio, non ecōtra. & postea ambo simul decesserūt post mortem meam. nunquid dicemus & præsumemus antē mortuū Seium, cui facta est substitutio, vt sic Titius fuerit ei heres, & sic idem Titium transmittat ad heredes suos etiam partem fratri? an vero dicemus contra: id est Titium non successisse Seio? Et respondet infra quōd Titius non videtur successisse dicto Seio fratri suo, cūm non appareat quis antē spiritum emisit. Quintus casus est: Institui mihi heredes duos meos filios impuberes, & eos adiunicem

adiuicem substitui, vel rogaui utrumque per fideicom. ut quicumque eorum prius moreretur, restitueret per fideicom. alteri partem suam hereditatis, & postea decessi, & postea ipsi simul decesserunt. nunc queritur, an etiam hoc casu quando simul perierunt, alter alteri heredes extitisse videatur ex dicta substitutione, vel ex dicto fideicommiss. vel relieto ab uno alteri, quasi ambo superuixisse videantur? Et respon. q non. nam cum non appareat quis ante spiritu emisit, non videtur alter alteri superuixisse. Alij aliter exponunt huius casus litera ut in ea no, & bene stat utraque litera. ^a Est & sextus casus. ad cuius evidentiā est notandum quod in quantitate patrimonij testatoris exquirēda ad sciendum si in ea habet locum lex Falcia. vel non propter legata quae reliquit, spectatur tempus mortis ipsius testatoris. vnde si postea crescent bona vel decrescant, non prodest vel nocet legatariis: vt infra ad legem Falcidiā le. in quantitate. cum similibus quae ibi notaui. Pone ergo quod Titius habens plures seruos fecit testamētum, & instituit sibi heredem, & reliquit multa legata, ita quod potest dubitari utrum habeat locum lex Falcidiā vel non: & postea decessit, & cum eo simul decesserunt quidam ex dictis seruis, puta in quadam nauī. certe presumimus seruos prius mortuos esse quam dominum, & sic ad excludendam Falcidiā non computantur dicti serui cum domino mortui, quasi fuerint in bonis eius domini tempore mortis eius, & hoc dicit cum duabus. l. sequen. Viuianus.

^b Falsum id est. Continu.

^a Tractamus. melius dixisset, tractauimus. s. eo. l. si inter, & l. qui duos. per totam. l. & maximē in illo. s. si maritus. Azo.

^b stipulata esset. sub conditione si filia in matrimonio decesserit viuente matre. vel dic ut dixi in contrario. s. eo. l. qui duos. s. pe.

^c Reddi. si supereret scilicet mater, secundū R.

^d Et simul. & sic non superuixit mater.

^e Non esse commissam. fortè hodie econtra, quia ab heredibus possunt hodie incipere actiones: vt. C. ut ac. ab here. & contra here. l. i. imò nec hodie: quia non potest dici decessisse existente conditio, imò defecisse: quia filia non decessit in matrimonio viua matre. alias contra. vt. inst. de verb. oblig. s. ex conditionali, & facit supra de do. inter vi. & vxo. cùm hic status. s. si ambo.

^f stipulatus est. sub conditione simili superiori, scilicet si mulier in matrimonio decesserit viuente stipulante, vel dic ut supra eo. l. qui duos. s. penul.

^g Cum marito. hoc casu sine dubio non transmitit ad heredem: cū conditio defecerit stipulationis, quia non decessit mulier in matrimonio, imò maritus.

^h Transmittat. Respon. non, ut in superiori casu. nam & mater de qua ibi dicitur, est extranea: vt. inst. de her. qua. & dif. s. extranei.

ⁱ Dem est. vxori. à marito heredi institutæ cum aliis. nam cùm non superuixerit instituta, nec institutio nec prælegatum valet: vt. C. de cadu. tollen. l. vnic. s. pro secundo, & infra le. prox. & sic conuenit cum prædictis.

^k Ed & in illo. pupillus. non necessarius, quia emācipatus erat: vt differat à sequenti casu. & secundum hoc dic substitutus, scilicet vulgariter, vel per fideicommiss. vel dic quod hic fuit & ipse in potestate, & substitutio fuit pupillaris. & differt à secundo, quia hic alter tantum alteri, ibi vicissim ambo fuerunt pupillariter substituti. & pro hoc facit quod dicit, frater fratri: quod est in pupilli tantum, non in vulgari: vt inst. de vulga. substi. in prin.

^{ff} Infort.

^l An contra. id est non.

^m si duo. cùm ambo essent in potestate: sed in superiori alter tantum, vel dic ut ibi.

ⁿ Videantur. scilicet testatori ex vulgari, quasi quilibet videatur superuincere. & quod subiicit, alter alteri, scilicet ex pupillari. Item quod subiicit, hoc est, sub. simile querendū, si inuicē &c. vel dic quod fuit expositio illius, vel alter alteri. nam quia fideicommissarius habet de manu heredis iura sua, videtur quodāmodo ei esse heres.

^o In quibus. scilicet omnibus supradictis.

^p Non videtur. unde videantur vitiari substitutiones, & dotium lucra, & substitutiones, & stipulationes: vt hīc, & supra. l. quod de pariter. & l. idem est.

^q sed & circa. planum est. Accursius.

^r I cognatis.] CASVS.

^s Habebam multos qui erāt ex cognitione mea inter quos erāt quidam qui erant mihi cognati per adoptionē, ut quia erant adoptati à patre vel ab aucto meo, vel pro aucto. feci testamentum, & legavi cognatis meis c. pone. postea prædicti cognati per adoptionē, desierunt esse cognati per emācipationem de eis factam, & sic nihilominus remanserunt in ciuitate, & postea decessi. & sic repetitur quod erāt mihi cognati tempore testamenti mei, &

non tempore mortis: nunquid venient ad legatum cum aliis cognatis? Et dicitur quod sic. Sed econtra si quis tempore testamenti mei non fuit mihi cognatus, sed postea tempore mortis meæ inuenitur mihi esse cognatus, puta quia fuit arrogatus post testamētum, multò magis cōsequetur legatum, quam superiores qui tempore testamenti erant cognati, & non tempore mortis. & idem est si legarem cognitioni meæ. Viuianus.

^t si cognatis. Pone casum secundum R. in cognitione naturali: & dic desierunt, scilicet per deportationem. & quod dicit, in ciuitate maneant: dic tempore mortis, quia sunt restituti. Item quod dicit, cognati enim fuerunt tempore testamenti: sub. & tempore mortis. alias si non essent restituti, non caperent: vt. j. de his quae pro non script. l. iij. ij. respon. Sed huic positioni multum obstant primo. C. de here. insti. l. j. sed ibi non erat restitutus, hīc sic. Item ob. insti. de capi. de. s. quod autem. vbi etiam reuersus in pristinum statum, non recuperat ius cognitionis. sed solue, speciale in legato de quo hīc dicitur: quia naturalem causam habet: vt. s. de capi. de l. legatum. Vel ibi fuit manumissus qui seruus fuerat factus: hīc autem in integrū restitutus qui fuerat deportatus, arg. C. de sen. paf. l. j. Item ob. huic positioni: quia infra dicit, facilius: quod est absurdum, quod ille facilius capiat, qui tempore mortis tantum est cognatus, quam qui utroque casu, scilicet testamenti & mortis.

Item ob. quod dicit, cognati enim &c. quasi dicat: licet non tempore mortis. similis lectura & subauditio. s. si quis cau. sed & si quis ibi damnato &c. Vel pone secundo casum in cognitione naturali: sed non in facto non capaci, hoc modo: Legavi fratri Titij, & Titius me viuo decessit. nam licet desinat Titij frater esse: quia tamē omni tempore capax fuit, admittitur. & secundum hoc in prima parte tempore testamenti tantum fuit cognatus, & non mortis. in secunda tempore mortis tantum, quando confirmantur relicta, ut iam non mutetur arbitrium: vt. C. de sac. san. eccl. l. j. & ideò dicit facilius. idem in non capace, vt sufficiat si sit capax tempore mortis tantum, vel tempore existentis conditionis relictis: vt supra de leg. iij. l. si deportati. in prin. & infra de cōdit. & demonst. l. eum qui polt. & j. de fideicomis. liber. l. generaliter. s. si homini

libero. & j. de lega. prostan. l. interuenit. & j. de dona. cau. mor. l. in mortis. & j. de iure fisi. l. iij. §. j. ibi, quando autem &c. secus si esset tempore testamenti tantum: vt eo. §. de iure fisci. Vel pone in cognatione ciuili, quae sit adoptione: vt in secunda parte. l. & definit per emancipationem, vt in prima, de qua cognatione habes. §. de adop. l. qui in adoptione. & j. de gradil. nō facile. in §. & secundum hāc nil ob. sed prout dixi capacem tēpore mortis capere, licet nō tempore testamenti, est cōtra regulam Catonis: b. vt. j. titu. iij. l. j. Solu. illa intelligitur cūm legatū deficit ex persona relinquentis, vel propter rem relictam: aliud si ex persona legatarij: vt dictū est. licet R. aliter dicat. Item nō ob. quod dicitur institu. de lega. §. an seruo. quia ibi propter personam legatis & legatarij mixta cōsideratione habita dicitur nullum. & eodē modo respon. C. de lega. l. seruis. in fine. vel vt ibi. Item non obstat hīc institu. de hered. quali. & differen. §. in heredibus autem. & s. de heredi. institu. l. si alienum. §. j. vt ibi dixi. Item nec ob. s. de lega. iij. l. peto. §. fina. vt ibi dixi. & facit C. de testa. l. neque. & infra de condit. & demonst. l. falsa demonstratio. & supra de legatis. iij. l. si ita quis in testamento. §. fin. sed quidam habent pro lege, sed non oportet.

^a Cognatis. facit. s. eod. l. ij. & j. l. prox.

^b Cūm senatus.] CASVS. Omnia collegia sunt illicita, nisi coierint ex autoritate senatorum vel Cæsar. vel illa quae coierūt autoritate Cæsar. vel senatorum, bene sunt licita, & illis potest legari, & legatum capient. Si autem legetur illicitis collegiis, non valet legatum, nisi legetur singulis eorum qui sunt in collegio illico. nam tunc dicti singuli admittuntur ad legatum quasi certi homines, & non quasi collegium. & facit optimē. j. de colle. illi. l. iij. §. in summa. Viuianus.

^b Cūm senatus. facit. s. l. prox. in fi. & s. eod. l. iij. & C. de heredi. insti. l. collegium. & C. de sacro. san. eccl. l. j. & de episco. & cleri. l. id quod. & j. de colleg. illi. l. j. & iij. & s. quod cuiusque vniuer. l. j. & C. de Iudæis. l. j. Accursius.

^b Bi est verborum ambiguitas, valet quod acti est: veluti cūm Stichum stipuler, & sint plures Stichi: d. vel hominem: vel Carthagini, cūm sint duæ carthagines: c. * semper in dubiis id agendum est, vt quām tutissimo loco res sit bona fide contracta: nisi cūm apertè contra leges scriptum est.

^c XXIII. IAVOLENVS libro quinto ex Caſio.

^c Vm pubere filio mater naufragio periit. Cūm explorari

consequitur. Si quis + cognationi leget, idem est atque si cognatis a legasset.

^c Collegio licito legari potest: illico non: singulis tamen de tali collegio licite relinquitur. Barto.

^c XXI. PAVLVS libro duodecimo ad Plautium.

^c Vm senatus b. tēporibus di cui Marci permiserit collegiis legare, nulla dubitatio est, quod si corpori cui licet coire, legatum sit, debeatur. cui autem non licet, si legetur, non valebit nisi singulis legetur. hi enim non quasi collegium, sed quasi certi homines admittuntur ad legatū.

^c XXII. IDEM libro quartodecimo ad Plautium.

^c Vbi est verborum ambiguitas, valet quod acti est: veluti cūm Stichum stipuler, & sint plures Stichi: d. vel hominem: vel Carthagini, cūm sint duæ carthagines: c. * semper in dubiis id agendum est, vt quām tutissimo loco res sit bona fide contracta: nisi cūm apertè contra leges scriptum est.

^c XXIV. IAVOLENVS libro quinto ex Caſio.

^c Vm pubere filio mater naufragio periit. Cūm explorari

^c stipuler. scilicet dari.

^d Stichi. quorum vnuſ est promissor: de quo verisimile est eos sensisse: vt. s. de lega. iij. l. vnum ex familia. s. fi rem.

^e Carthagines. vnam autem frequentare consueuerunt pacientes. & facit ad. l. j. de regu. iu. l. semper in stipulationibus. & s. eo. l. quoties. & j. eo. l. cūm in testamēto, & j. de verbo. oblig. l. eum qui kalendis. §. j. & l. triticum. & l. quoties in stipulationibus. & l. quoties quis ita. s. si procurator. & l. si quis ita. s. Chrysogonus. in fi. §. Sed contra. s. de pac. l. veteribus. sed dic vt ibi dixi.

^a Vm pubere.] CASVS. Adhuc reuertitur iurisconsultus ad il- lam materiam de illis qui simul perierunt. & dicit quod si ma- ter perierit naufragio cum filio suo pubere, credimus filium ei su- peruixisse: vt sic extiterit heres matris, & agnati ipsius filij extiterint heredes ipsi filio. secus si dictus filius qui simul cum matre perit, erat impubes: quia tunc credimus eum prius de- cessisse. & hoc dicit cum sequenti. Viuianus.

^f Diutius. vt sic seruetur ordo mortalitatis. ad q. supra de inoffic. testa. l. nam & si parens. & s. eo. l. qui duos. §. cum in bello. & §. fin. Item hoc accipe, nisi ratio singula- ris suadeat contrarium, vt pro patrono: vt supra eod. l. qui duos. §. si cum filio. & quia sit impubes vt infral. proxi. & supra de pac. dota. l. inter. in i. parum apte, nō au- tem contra leges, quia S. prop̄ debilē aetā pro nō i. c̄. t̄. l. inter. alias esset secus: vt. s. l. proxi. ad quā est. s. eo. l. qui duos. §. finali.

^g S. i mulier. Intelligitur. C. casvs. Legauit tibi x. lib. & nō adieci vtrū de Bono. paruis vel gros- sis, vel Rhegininis par- uis vel grossis, vel floren- nis: cūm omnibus his monetis Bononiēses v- terentur. certè benignè interpretari debemus, id est secundum id quod credibile est me testato- rē cogitasse. quod pos- sumus scire ex cōsuetu- dine mea: vt supra de le- ga. iij. nummis. & quod dixi in ambiguo vel ob- scuro sermone, habet lo-

^b cum etiam in verbis perperam in testamento appositis per me te- statorem, id est sine mysterio positis, id est superfluis, scilicet vt in- telligantur, secundum quod credibile est me testatorem voluisse. & quod ita accipiatur verbum perperam, habes institu. in proce- mō. §. cūmque hoc deo &c.

^h Cūm in testamento. facit. s. eo. l. vbi. & j. de regu. iur. l. semper in du- biis. & j. ad Trebel. l. cogi. circa princip.

ⁱ Q. Vem heredi.] CASVS. Titius ita dixit in testamento suo: Ille liber esto quem heredi meo dixerit velle me liberum esse. vel ita dixit idem testator. Heres meus damnas siue damnatus esto dare ei. c. Bonon. pone enim vt dānatus sit dare, dixerit. & postea de- cessit. certè testatoris voluntas adimplenda est, si aliquibus argu- mentis apparebit de quo dixit id testator. Viuia.

^j Q. Vem heredi. & facit. s. l. prox. Item. s. de here. insti. l. affe. & C. de insti. & substi. l. si testamentum.

^k C. Vm queritur.] CASVS. Cum haberes seruum Stichum albū & seruum Stichum nigrum, promisisti mihi dare Stichum. E nunc cum peto à te Stichum nigrum, tu dicis te sensisse de albo: & illum vis mihi dare tantum. certe hæc ambiguitas contra me stipulatorem est interpretanda: & ita dabis Stichum album.

^l k. C. Vm queritur. pone exemplum vt infra de verbo. oblig. l. stipu- latio ista. §. in stipulationibus. & l. quicquid. Sed contra in eod. titu. l. si mihi. §. j. Solu. ibi. Item contra in eod. titu. l. inter stipulantem. §. si Stichum. sed dic vt distinxī supra de pac. l. veteribus.

^m S. I quis de pluribus.] CASVS. Institui mihi heredem Titum: & cum haberem plures seruos Stichos, rogaui eundem per fidei- commis. vt manumitteret Stichum: & non dixi de quo Sticho, & postea decessi. certe nulli horum seruorum competet libertas fidei- com. & ita non habet hīc locum fauore libertatis.

ⁿ l. De pluribus. natis: ne sit contra. C. de fideicom. lib. l. cum inter. in fi. & l. quis in testamento. & facit. j. de ma. testa. l. cum ex pluribus. & de testa. tut. l. duo. & supra eod. l. si fuerit. & infra de his quae pro non scrip. l. ij. & instit. de le. s. incertis. Accursius.

Qui habebat.] **C A S V S.** Titius habens seruum nomine Flaccum qui Flaccus erat fullo: & habes seruum nomine Philonicum, qui Philonicus erat pistor: legauit vxori suæ Flaccum pistorem, cum Flaccus esset fullo, ut dictum est, & nō pistor: & postea decessit dictus Titius. nūc queritur, an debeatur vxori Flaccus & Philonicus: an alter eorum tantum, & quis eorum? Et respon. quod **vnaus** tantum ei debet. s. ille de quo testator sensit. si autē non apparet de quo sensit, distinguitur: aut testator nomina dictorum seruorum habuit nota: aut non. primo casu is seru⁹ debeatur vxori, qui nominatus est, quāuis in artificio **cius** errauerit testator, cūm legauit eum vxori. secundo casu videtur legat⁹ pistor, ac si legasset vxori pistore, nō adiecto nomine.

a Deberetur. subaudi, querebatur.

b Nota. Nota præsumptione voluntatis sumi ex scientia testatoris. **a** Quod habet sic supra de vsu & habi. personas no. l. plenū. §. equitij. Itē & no. quod testator præsu. mitur decipi in eo quid ignorat, secundū R. & facit ad. l. C. de testa. l. si in nomine. & de lega. l. si Fortidianū. & s. de lega. iij. l. patronus §. libertis. & de hered. institu. l. his verbis. §. fina. & j. de verborū obligationib. l. si in nomine. & s. l. proxi. & institu. de leg. §. si quis inquilinos.

c In artificio. quia dixit, pistorem.

Plures testamēto.] **C A S V S.** Titius intestamēto suo reliquit libertatē. vj. ex suis seruis, cū quisque eorum ad. xxx. annū ætatis peruenisset: inter quos erat Sabinā & Cyrogeniam ancillæ. Itē cūm quisque prædictorum liber esset, certam summam puta centum dari voluit. & postea ineontinenti ita cauit in eodem testamento: Sabinā & Cyrogeniam dari volo cūm ad statutā ætatem peruerenterint, singulis. x. & hoc amplius alimentorum nomine in annos singulos quoad viuent singulis. x. & postea decessit idē Titius. nūc queritur, vtrum omnibus prædictis. vj. manumissis debeat alimēta, an verò solis Sabinā & Cyrogeniam? Et respon. quod omnibus videntur alimēta relata.

d Manumiserat. id est libertatem directam relinquerat.

e In quibus. id est inter quos. Accursius.

f Cyrogeniam. scilicet manumiserat. i. libertatem reliquerat habēdam tūc cūm quisque eorum. s. tam aliorum, quām dictarum duarum foeminarum ad. xxx. &c.

g Certam summam. puta quinque.

h Et hoc amplius. nūc reconiungit omnes: vt in fine patet. & facit vim quod dicit, cōiuncta. s. incontinēti. securi si ex interuallo: vt arg. j. de verb. oblig. l. Titia §. idē respō. plerūq. & s. si cer. peta. l. lecta. §. dicebam. & facit ad. l. istam. s. de ali. leg. l. à filio. §. fi. & de leg. j. l. talis scriptura. §. fi. **A D D I T I O.** Dic secundū Bart. q̄ hoc non est interuallo in eodem testamento non diuertendo ad alias actus. nā testamēto debet fieri vno contextu: vt l. heredes. in fi. s. de testa. sed veritas est, vt intelligamus cōiuncta scriptura, id est continuato sermone. securi si in medio plura dixisset, quia tunc ad omnia prædicta non refertur: vt no. glo. in simili instit. de re. diui. §. itē lapilli.

DE HIS QVAE PŒNAE NO- mine relinquuntur.

Dedit quod ammodo ansam superior titulus tractandi de legatis inutilibus. nam de incertis personis egit, quibus quod legatur est inutile regulariter. & his adjicit legatum relictum pœnae causa. quia contra naturam legati est, vt pœna honori insit, vt sit legatum honori vni, pœna alteri. præponderare enim honori ff. Infort.

A dicitur pœna quasi precipua causa legādi, atque ideo ne honor quidem esse tale legatum. Hodie tamē valet, nisi illicitum vel probrosum vel impossibile sit, ex Constitutione Iustiniani, ex qua Tribonianus l. i. inseruit hēc verba, illicere vel probrosum, itēque verbum, Tale, quo repetuntur illa, illicitate vel probrose. Cniacius.

Filio familiās.] C A-

S V S. Titius instituit sibi heredem filium vel seruum meum: & sic acquisita est mihi patri vel dño hereditas, ita quod apud filium meū vel seruum meū nō remansit aliquo momento: vt s. de acquir. here. l. placet. postea legauit idem Titius à me patre.

x. Seio, quod potuit: vt

s. de lega. j. l. cū filio. &

de lega. ij. l. si alienus. &

si nō darem dicto Seio.

x. præcepit vt darem. c.

Antonin⁹

Sépro. nomine pœnae:

Pius prim⁹

& postea decessit dictus

cōstituit ne

testator. nūc queritur,

pœna causa

legatum de. c.

etū reli-

ctum mane-

ret, vt referat

Iulius Capito-

linus in

codem.

* Addita à

Tribonia

no ex l. i. C.

codem.

aliquid

DE HIS QVAE PŒNAE

causa * relinquuntur. †

TITVLVS VI.

Si præcedit dispositio illicita vel probrosa: relictum nomine pœna à quocunque non valet. Bart.

AFRICANVS libro Questionum.

Filio familiās vel seruo herede instituto etiam si in patris dominive pœnam illicite vel probrosa datū est, nullius momenti legatum k esse respondit. Non enim id solū quod in heredes, l sed omne m quod in cuiusque lucrū aliquid * ex vltima voluntate sentientis, talem pœnam in testamento scriptum sit, nullius momenti habendum.

MARCIANVS libro sexto

institutionum.

Oenam à conditione voluntas testatoris separat: &

D valet, vt hēc pro constanti ponit, quamvis hodie sit correctum: vt in litera notaui. vitrum autem verba testatoris in testamento posita intelligantur posita nomine pœnae, vel conditionis, vel translatiōnis, appareat ex voluntate defuncti. Nam si ita dixit testator, heres meus si Capuam ierit (quod quidem volo) Titio. x. dato: dicetur relictum legatum nomine pœnae heredis. Si verò heredem itum Capuam pro suo magno lucro, præceperit. x dare Titio si Capuam ierit, quasi tunc parū heredi noceat si grauetur: tunc est conditio. si autem non appareat dictam esse conditionem per, si: vt instit. de leg. §. longè. vt si legauit vni Infortiatum meum, & postea idē lego alij animo adimendi primō, tunc est translatio: vt s. de adimē. leg. l. translatio. in dubio autem non præsumitur primo adimere: vt not. s. de leg. j. l. si pluribus. & hoc dicit cum. l. seq.

i Filiofa. filium famili. institui: & sic hereditas patri queritur, vt nec momento apud filium remaneat: vt s. de acquir. hered. l. placet. à patre legauit. x. Titio, quod possim: vt s. de leg. j. l. cum filio & de leg. i. l. si alienus. & si non daret, præcepit vt daret centum nomine pœnae Sempronio. hēc centum dicuntur hēc illicite vel probrosa reliqui eo ipso quod nomine pœnae relinquuntur: & sic secundum has leges non valet: vt hēc. & j. de condit. & demon. l. mulcta. & institut. de leg. §. pœnae. in princip. hodie contra: nisi primum præceptum vel relictum de decem sit probrosum, vel impossibile: quia tunc non valet primum nec secundum quod nomine pœnae relictū est: vt insti. de leg. §. fina. in fi. & C. de his quæ pœnae nomine. l. j. in fi.

K Legatum effe. s. secundū nomine pœnae. primū enim valet etiā olim.

I Heredes. s. scriptos. alias heredis. s. scripti: id est in eius vel eorum pœnam, s. est relictum: non valet.

m Sed omne. accipe, nullius momenti habendum esse in cuiuscunq; lucrum aliquid in testamēto scriptum sit: cuiuscunq; dico sentientis talem pœnam ex vltima voluntate. Accursius.

Poenam. Et an. veluti si ipse testator dixerit: heres meus si Capua ierit, Titio dato .x. nā si hoc ideò dixerit, quia Capuam heredem ire nolebat, poena est, quasi heredis causa, si ad veritum locum ieret, apposita. si vero ob aliam causam dixit, puta quia sciebat heredem si Capuam ieret, aliquid acceptum, quod forte habitur?

A Catone filio Catonis maioris cō-
posta, qui citatur in l.
2. s. de orig. iur. & l. 4. s. i.
J. de verbo obl.

alias non foret: quo habito legatorum præstatio-
ne grauaret. Vel melius illa cōditio, si Capuā
ierit, est simplex condi-
tio. R. Hac glos. R. plau-
nior est quā illa quē in-
cipit, forte dicebat &c.

b Poena. forte dicebat,
causa pœnæ ita & ita sta-
tuo. vel si testator dixe-
rit, heres meus si Capuā
ierit, quod nolo: Titio

dato decem. si vero he-
redem iturum Capuam
pro suo magno lucro,
præceperat decem dari si Capuam ierit, quasi tunc parū ei noceat
si grauetur: tunc est conditio. si autem non appetat, dicam esse con-
ditionem per. sive institutio de leg. §. longe. Accursius.

c Translatio. vt si quod legavi vni, postea lego alij animo adimendi

primo: vt institutio de adimen. leg. §. translatio. alias in dubio non præ-

sumitur adimere primo: sed uterque adimittitur ad partē, nisi pro-

metur quod testator alterum rem, alterum estimationem habere

voluerit: vt. §. de lega. j. si pluribus.

DE REGVL A CATONIANA.

Sequebatur titulus de caducis & de his quæ sunt in causa caduci. vitia hæc sunt ab initio, sed postea deficiunt viuo aut mortuo testatore ante apertas tabulas, & in fiscū cadunt ex legibus nouis iulia & Papia. sed cū abolita iam es-
sent eae leges à Iustiniano & restituti ius antiquū, maluit Tribonianus omisso
caducorū iure nouo ponere hoc loco regulā iuris antiqui secundū quā non ex
apertis tabulis cedūt legata, vt volvare leges caduce iulia & Papia, sed à mor-
te testatoris, & regula hac est. Quod inutile foret id est cuius dies inutiliter ce-
deret si testamenti facti tēpore mortuus fuisset testator, id legari quandoquicunque
decesserit ex post facto nō cōualefcere. quæ & sententia dicitur l. Iulian⁹ De cod.
& demost. vt Marcellino xxvi. Catoniana vel Cassianæ sententia. Cuiacius.

Dicitur Atoniana. Ad evidentiā huius. l. & vt nō obstat cōtraria, no-
ta quod regula Cato. haber locū in tribus casibus. Primus
est, quādo legatū est inutile propter rē relictā, siue legatā,
vt in eis quæ sunt iniuncta ædibus: vt. §. de leg. j. cetera. in prin. Secū-
dus est, quādo est inutile ex persona relinquētis tantū: vt si testetur
seruus, & nō decadat liber factus: vt. §. de leg. iij. l. j. §. ibi, hoc vtiq; ne-
mo & c. Tertius est, quādo est inutile propter personā relinquētis
& legatarij mixtim: vt si institui mihi heredē Titiū, & seruo suo le-
gavi. c. vt insti. de leg. §. an seruo. & C. de leg. l. seruis ita ergo definit
regula Cato. quod id legatū quod inutile foret aliquo de prædictis
tribus modis, si testator deceſſisset testamēti facti tēpore, definit, di-
co reg. prædicta nō valere ideò legatū quandoquicunque deceſſit testator.
ista tamē definitio regula Cato in quibusdā casibus nō potest sibi
vindicare locū, puta in legatis cōditionalibus: de quo ponit hīc tria
exempla. primū est tale. **CASVS.** Seius ita locut⁹ est heredi suo in te-
stamēto, si post calēdas mortu⁹ fuerit, Titio dato .x. pone. nūquid in
hoc casu cauillari debemus. i. sc̄iēter falsum dicere. i. locū habere re-
gula Cato. dicere? certè nō. nā hoc modo dato legato, si statim mor-
tuus fuerit testator, verius est nō esse datū legatū, quā inutiliter datū. nā habet locū tātū in puro legato inutili, nō in cōditionali: quod
est interim pēdētē cōditione nullū. vel verius est quād videatur nō
datū legatū, ex quo cōditio deficit sub qua fuit datū, quā videatur
datū inutiliter. defecit autē conditio, quia testator fuit mortuus stā-
tim factō testamēto: legatū autē fuit sub illa cōditione, si post calē-
das moreretur testator: vt diētū est in litera. Secūdū exēplū, siue se-
cūdū casus est talis: Seius legauit tibi in testamēto suo fundū qui e-
rat suus tēpore dicti testamēti, sub hac cōditione, si eū fundū viuo
eodē te statore alienaueris: & tu alienasti eū fundū viuo testatore: &
postea deceſſit testator. certē legatū debetur tibi ab herede suo, quia
impleuisti cōditionē. q̄ quidē legatū nō deberetur tibi, si testator
deceſſit statim antequā alienares dictū fundū: quia iā tēpore mortis
testatoris inueniretur tibi legata res tua: quod certē legatū nō va-
let: vt. §. de leg. j. cetera. §. quēadmodū. cū similibus quæ ibi scripsi.
Tertius casus est talis: Seius habens filiā impuberē fecit testamēto,
& in eo legauit ita filiā: Si filia mea Titio nupta erit me viuo, lego
eidē filiā meā centū. postea filia fuit facta pubes, & nupsit Titio, &
postea deceſſit testator. certē habebit filia legatū quod quidē lega-
tū non deberetur ei, si testator statim deceſſisset antequā ipsa fieret
pubes, & Titio nuberet: quia iā tēpore mortis testatoris impossibili-
le est eā esse nuptā Titio: cū tūc esset impubes. impuberes autē con-

trahere matrimonii nō possunt: vt institutio de nup. in prin. Itē nō vin-
dicat sibi locū dicta definitio regulæ Catonianæ in hereditatib⁹ sub
cōditione relictis, de quibus dixi iā. Itē vindicat sibi locū in eis etiā
purē legatis, quorū dies cedit post aditā hereditatē, & non à morte
testatoris, sicut sunt legata relicta seruis testamēto manumissis, & le-

gata relicta seruis aliis:
vt. C. de caducis tollē. §.

in nouissimo. & J. quā-
do dies leg. c. l. ij. quan-

do dies aliorū legatorū
cedat à morte testato-
ris: vt in dicto. §. in no-

uissimo. nō enim debet
vitiari legatū, si inuenia-
tur inutile aliquo de

prædictis tribus modis
eo tēpore quo nō debe-
tur, sed etiā esset inutile

tēpore mortis testato-
ris. Itē non vindicat sibi
locū dicta definitio re-

gula Catonia. in legibus nouis. Circa quid nota quod Gallus fuit
antē Velleū, & Velleus antē Catonem. vnde. l. Galli appellatur ve-
tus: & l. Velleij appellatur noua, quantū ad l. Galli: vt. §. de lib. & po-
stu. l. Gallus. §. nūc de l. Pone ergo quod habebā in potestate filiū, &
ex eo nepotē. nūc nepotē mihi heredē institui, & filiū præterij. cer-
tē si statim deceſſeret, non valeret testa. ex eo quād filius inueniret
se præteritum: vt. Inſtit. de ex hered. lib. in princ. sed si me viuo de-
cedat filius, testamentum confirmatur: & institutio de nepote facta
valet: vt supra de testa. tut. & si hereditas. §. ij. & non est mirum, si
confirmatur per. l. Vellei. nouam institutio nepotis quæ ab initio
non valet: quia, vt dictum est, Catonia. regula ad nouas. ll. non per-
tinet & hoc dicit totius hic titulus. Viuianus

d Legatum. i. id genus legati. & pone exemplum: quia legati seruo
heredis: vt institutio de leg. §. an seruo. & facit. J. de regi. iur. l. quod ini-
tio. & l. pe. hæc autē regula in multis fallit: vt statim dicam.

e Non valere. quia quod inutile foret legatum, si statim post factū
testamentum deceſſisset testator, hoc non debet ideò valere, quia
diutius testator vixerit: vt institutio de lega. §. an seruo.

f Falsa est. id est locū non habet. in nullo enim falsa est: sed sic dici-
tur falsa, quia ad quādā aptati nō potest. sic argu. §. de pec. sed hoc
in emptore. dic ergo casus in quibus est falsa, id est in quibus non
habet locū. Primus est in cōditionali legato, de quo ponūtur in hac

l. duo exēpla: licet R. aliter intellexerit lēcundū. Itē in l. sequēti po-
nitur tertius exemplū de cōditionali, & idē dicitur. §. de leg. j. l. cæ-
tera. §. j. & sic in puris tantū habet locū: vt ibi dicitur. Sed in hoc exē-
plo videtur cōtra. §. de opt. leg. l. si optio. ij. respon. ibi, quod si ne-
cessarius & c. vbi fuit legata optio seruo, & Sticho seruo testatoris

fuit legatus fūdus sine libertate. nā primū, s. optionis, est cōditiona-
le tacita cōditione: vt. §. qui & à quib. l. si optio. & per cōsequens se-
cundū: & tamē habet ibi locū reg. Catoniana. Solu. hīc de expressa,
ibi de tacita cōditione dicit. Secūdū fallit hæc reg. §. de lega. iij. si de-
portati. in princip. & J. de leg. præf. l. interuenit. & §. de rebus dub. l.

si cognatis. & J. de iure fisc. l. iij. §. quādo autē facta fraus. quæ sunt
cōtra, quibus dicitur sufficere quē capacē esse tēpore mortis, licet

nō fuerit tēpore testamēti. sed dicas quād locū habet reg. in tribus
casibus, cū deficit legatū ex persona relinquētis tantū: vt si testetur
seruus, & decadat liber factus: vt supra de lega. iij. l. j. §. ibi, quād ne-
mo & c. Itē quādo deficit propter rē legatā, vt in eis quæ sunt iniun-
cta ædibus: vt. §. de leg. j. l. cetera. circa princ. Item & quando deficit

propter personā relinquētis & legatarij mixta: vt si lego seruo her-
edis à me instituit: vt institutio de leg. §. an seruo. & C. de leg. l. seruis.

nō autē habet locū quādo deficit propter personā legatarij tantū:
vt dictis. l. cōtrariis. Sed op. quia si deficit ex persona relinquētis tā-
tūm, videtur valere fideicōmis. à seruo vel à filio relictū, si decadat

liber: vt. §. de lega. iij. l. j. §. j. Sed dicas nō ex rūc, sed ex nūc quādo fa-
ctus est sui iuris, quasi hodie relinquat, vt ibi dicitur. Itē nota quod

vbi est mixta causa impedimenti, l. legatis & legatarij. ex persona
legatarij sola nō debere nocere: at ex persona legantis sic. vnde ma-

gis inspicitur quod nocet: vt. §. de op. leg. l. si optio. ij. respō. ibi, quād
si necessarius & c. quia magis ibi tēpus mortis quod nocet, quā adi-
tæ hereditatis quod prodest inspicitur. sic. §. ex quib. cau. in pos. ea.

Fulcinius. §. quid sit latitare. ibi, quid ergo & c. Itē fallit. J. de fideicō-
mis. l. l. generaliter. §. si homini libero. sed certē ibi deficit ratione le-

gatarij. Itē fallit. §. de lega. iij. l. debitor. §. seruo. sed & ibi ratione lega-
tarij dafciebat. Itē fallit in illis relictis quorū dies cedit ab adita ha-

reditate: vt. J. co. l. Catoniana. Itē fallit in nouis legib⁹. quo d dic vt. J.
co. l. si. Itē fallit. §. de lega. j. l. q. in rerū. §. j. sed ibi est legat⁹ vſus fruct⁹
cui⁹ dies cedit nō à morte, sed ab adita hereditate: vt. C. de caducis
tollē. §. in nouissimo. & ideo cessat Catoniana: vt. J. co. l. Catoniana.

Post

a) Dic im-
pedimentum,
quādo sub-
est verē non
iuris fūtio-
ne & de hoc
facit ad lon-
gū Bar. in l.
nō quocon-
que. §. i. de
leg.

a Post calendaras. de primis intelligitur, ex quo non dicit quas: vt. j. de verb. oblig. l. eum qui calendis.

b An cauillamur. id est scienter falsum dicimus secundum Hug. sci licet habere h̄c locū regulam? certe nō. nā &c. nā habet locū tantum in puro inutili: non in cōditionali, quod est interim nullū. sed secundū leges aliter dici tur cauillatio: vt. j. de regul. iur. l. ea est natura. s. argumētatio ab euiden ter veris ad euidēter fal- fa. & etiā ita potest h̄c ponī, secundū Ioan. qui dixit, id est argumentan tur cōtra regulam secun dum quid & quale.

c Item si tibi. pone exēplum secundū R. quod rē tuā tibi lego. valet legatū, si me viuo alienes. & secundū hoc incipit respōsio ibi, si eum viuo &c. & erit casus nouus ybi fallit regula: sed tūc est cōtra institut. de leg. s. sed si rē legatarij. Solu. ibi post mortē testatotis alienauit, h̄c eo viuo. contra quod videtur. s. de lega. j. l. cātera. circa principiū ibi, quēadmo dum &c. sed Ioā. h̄c posuit casum quod legauit tibi rem tuā sub hac cōdītione, si alienes me viuo. & sic incipit responsio, legatū tibi &c. & dicit, debetur: scilicet si alienaueris me viuo. sed Ioan. obstat: quia iā posuerat aliud exemplum de cōditionali: vt. s. nam hoc modo &c. licet certe nihil prohibet plura exēpla ponī: vt ostendat se velle in talibus cessare regulam. & facit ad hāc. l. s. de hered. instit. l. in tēpus. & l. potest quis. & j. de manu. testa. l. libertas. & j. de condit. & demonst. l. Iulianus. **d** si eum. subaudi sub hac conditione, si &c.

e Ed & si sic. Nupta erit. subaudi me viuo: vt bene cōueniat responso, si mortis &c. & secundū hoc fallit regula Catoniana: vt. s. l. prox. si autē simpliciter dixerit, si nupserit Titio: tunc & in vita & post mortē nubens implens conditionē habet legatū. vt. C. de inst. & subst. l. si quis heredē. & j. de cōdi. & demon. l. si ita legatum esset. nec esset casus contra regulā Catonis: quia & si statim deceſſisset testator, valere potest legatum, & facit j. de manu. testa. l. qui duos, & l. h̄c conditio, & de condi. & demon. l. h̄c conditio, & l. conditionum. & l. Iulianus.

f Catoniana. Ad hereditates. s. cōditionales: vt. j. l. prox. vel dic fideicōmissarias, quarū dies non cedit nisi ab adita hereditate: vt. j. ad Trebel. quidā ita. in prin. sed quid erit de purē relicta? Io. & Azo dicunt habere locū regulā quoad mentē: vt instit. de hered. qual. & diffe. s. in extraneis. nā tria tēpora exiguntur vt possit capere. vñ est testamenti: ergo si tunc nō est capax, non prodest q̄ postea tēpore mortis & aditionis sit capax: & sic habet locū mens regulæ, non verba: vt. s. eo. l. j. circa prin. nā dicit quod si legatū &c. & id legatum &c. non autē dicit, quæ hereditas. & secundum hoc fallit in casu: vt. s. de acquiren. hered. l. si seruus eius qui. vel ibi quādo per alium. vel ibi in mediis tēporibus fuit non capax: sed tribus, scilicet testamenti, mortis, & aditionis, fuit dominus capax. Sed alii dicunt etiā quoad mentem non habere locum regulā in hereditate, vt h̄c: & quia in legato est inuenta: vt. s. l. j. in princ. & est pro his. s. de acqui. here. l. si seruus eius qui. & j. l. prox. nam conditio nalem tātūm excipit. Et quod dicitur instit. de here. qual. & diffe. s. in extraneis. dicunt esse verum, si à principio poterat capere, & postea definat posse capere tempore mortis vel aditionis. si autem prius non potest, scilicet tempore testamēti: non nocet secundum eos, si modō postea potest: vt. l. l. si seruus.

g Cedit. quæ ista sunt, dicitur. C. de cadu. tollē. s. in nouissimo. Sed cōtra supra de opt. leg. l. si optio. j. respon. vbi relictū seruo legatum pertinet ad Catonianam: & tamen nō cedit dies eius nisi ab adita hereditate: vt dicto. s. in nouissimo. sed dic vt ibi in. l. si optio.

h P lacet. Institutiones. id est ad relicta in eo testamēto, quod in stitutionē continet cōditionalem. & hoc ideō, quia & legata videntur suspendi sub eadē conditione: vt. j. de condit. & demōstra. l. auia. de ipsa autem institutione non est dubium: quia nec ad

pūram institutionem pertinet regula. & hoc secundū quosdam: A sed secundum nos pertinet ad mētem: vt supra. l. prox. nota. & sic intellige hoc vt sonat, & facit supra. l. j. s. quæ definitio.

i **R** egula. Pone exēplum secundū Barro. si habeo filium legitimum & naturale, cui vinciā tantū possum dare: vt. C. de natu. libe. l. j. & eos æ qualiter instituā: postea offero naturalem curiā: concurrit cum legitimō ^{nō obstat. s. i. op. i. r. d. a. m. b. i. s. i. n. l. g. o. c. a. s. u. l. d. a. c. e. d. a. n. f. a. b. e. t.} æ qualiter: vt. C. de nat. lib. l. iij. licet si statim decedere, nō haberet nisi vinciā. vocat ergo nouā legē prædictam tertīā q̄ est Theodosij. Vel pone secundū Ioā. quod cūm haberē legitimū & naturale: si naturalē insolidum institui, & me viuo decedat legitimus, totū habebit naturalis.

P Lacer Catonis regulam ad conditionales institutiones^h non pertinere.

v. IDEM libro vicensimo secundo ad sabinum.

R Egula. Catoniana ad no- uas leges non pertinet.

D E H I S Q V A E P R O
non t̄ scriptis habentur.
T I T V L V S V I I I .

Licet institutio & legatum sit pro nō scripto facto heredis: substitutio tamen & fideicōmissum remanent in suo robore. Bart.

I. I U L I A N V S libro septuaginta moctano Digestorum.

C I quis * hereditatem vel legatum adscripte rit: quæritur an hereditas vel legatum pro

est per Gallū & Velleum. & fuit primō Gallus quā Velleius: vnde lex Galli appellatur verus: Velleia noua. Vel quartō dic quod vocat nouas leges senatuscō. Tertyl. & Orfi. vnde si tēpore quo filius decedit, nō est capax mater: si postea efficiatur capax, accipiet eā hereditatem. & quōd vocentur nouā leges, habes. s. de capi. de. l. tutelas & institu. ad Orfi. s. sciendū. Vel quinto nouas. ll. id est nouas voluntates defunctorū, quæ leges sunt: vt in authen. de nup. s. disponat. vt si primō fecit inutile testamentū. tunc enim si statim decederet, non valet. sed si alio solēni postea cōfirmet, debentur omnia: vt. s. de cōdit. instit. l. institutio talis. Vel sextō ad imperatorū leges, id est rescripta se retulit: vt si fortē nō capax sit institutus, & imperator eum postea restituit vt sit capax, potest quidē: nec contradicit regula Catonis. nec fortē alia. Vel septimō pone in eo qui est capax tribus tēporibus. s. testamēti, mortis, & aditionis. nā licet in mediis tēporibus nō sit capax, nō nocet regula Catonis: vt. s. de hered. instit. l. liber homo. s. si heres institutus. & l. seruum meū. & l. si alienū s. j. Sed hoc vltimō & aliis omnib. præter penul. quo modo dicis regulā non obtinere, cū in hereditatibus non habeat locū: vt. s. l. iij. Respon. imō habet locū quoad mentē: vt ibi not. vel etiā si non haberet locum (vt alij dicunt) dices q̄ non sequitur, si non pertinet ad nouas: ergo pertinet ad veteres. veteri autem lege dico deferri hereditates quæ per. l. xij. tabu. deferuntur: vt supra de cap. demi. l. tutelas, & etiam testamentarias: vt. j. de verbo. significa. l. lege.

D E H I S Q V A E P R O N O N
scriptis habentur.

tit cōditio apposita di-
cto Seio legatario. certe
dimidia legati quæ cō-
tingeret Seium si cōdi-
tio nō defecisset, adcre-
scit dicto Titio cui purē
idem equus fuit legat:

& etiam heredi eiusdē

Titij, si ipse Titius mor-
tu⁹ est, & eius hereditas

adita est p heredē suū.

Et ita not. q ius adcre-
scendi trāfit ad heredē.

& quod dixi in legato,

habet locum in institu-
tionē, puta si institui mihi

heredē Titiū purē, & Seium sub conditione.

e Facturum. puta monu-
mētum. & subaudi, fun-
dum lego. & no. q iura-
mentum remittitur, sed

non factū: vt. j. eo. in fi.

f Vnam. quātū ad hoc:

q satis est una imple-
ri. duæ tamen verē sunt

cōditiones: vt. §. de con-
di. insti. l. v. sic etiā duo

rū reorū obligatio una

est propter vnius rei fo-
lutionē: vere tamē sunt

duæ: vt. j. de duo. re. l. iij.

§. fi. & l. eandē. §. fi. & j.

de verb. oblig. l. si duo.

g Partes. quia duobus

modis potest adimple-
ri. & facit inst. de pupil.

substi. §. igitur. &. §. de

arbi. l. quid tamen. & l.

multaten.

h Facturum. scilicet iurauit.

i Admittatur. etiam si non iuret. & facit. §. de condit. insti. l. quæ sub

conditione. in prin. & de lega. iij. l. non dubium. §. j.

k Ad crescit. id est non decrescit: vt. C. de cad. tol. §. vbi autem. & §.

si verò nemo. & facit. j. de suis & leg. here. l. si ex pluribus. & §. de

vſuſru. accre. l. idem & si. §. si mihi. & §. si pars hered. peta. l. iij. & j.

eo. l. si separatim.

In testamento.] **C A S V S.** Titius instituit sibi heredes Seium &

Gaium, & iussit eis facere sibi monumentū ad exēplū eius mo-

numētū quod erat situm in quadā via quæ vocabatur Salaria, pro

quodā qui fuit vocatus Publius Mævius Septimius Demetrius: &

E ita dicebat testator: & si dicti heredes non facerent taliter dictum

monumētum, iussit quod darē nomine mulctæ siue pœnæ. c. po-

ne Sempronio. & postea decessit dictus Titius testator: & postea

dicti sui heredes bene volebant facere monumentū, sed non inue-

niebāt aliquod monumentū Publij Mævij Septimij Demetriij: sed

inueniebāt vnu monumētum Publij Mævij Septimij Damæ: ad

quod exemplum suspicabantur dicti heredes eum Titium qui fe-

cerat testamentum, monumentum sibi fieri voluisse. vnde quære-

bāt iidem heredes ad cuius monumentum se facere oportet. &

si nullum monumentum fecissent ob eam rem, quia non reperi-

bāt ad quod exemplum facerent: an tenerētur dicta pœna? vnde

Vlpianus respon. eis, & dicit, si potest intelligi quale monu-

mentum voluit sibi fieri testator, tale debet ei fieri: quamuis prescri-

pturam testamenti hoc non possit intelligi. si autem nō potest in-

telligi voluntas testatoris, non tenentur soluere heredes dictam

pœnam Sempronio: quia non appetet ad quod exemplum iussit

fieri

Ivre ciuili receptum est, quo-
tiens per eum cuius interest
conditionem impleri, fit quo
minus impleatur: vt perinde ha-
beatur, ac si impleta conditio
fuisse. quod plerique & ad lega-
ta, & ad heredum institutiones
perduxerunt. Quibus exemplis
stipulations quoque committi
quidā recte putauerunt, cum per
promissorē factum esset quo mi-
n⁹ stipulator b cōditioni pareret.

**Si inter virum & vxorem fit
mentio de liberis, intelligitur de
natis ex cōs. Bartolus.**

**xxv. IDEM libro sexagimo-
nono Digestorum.**

CVm vir vxori quandoque *
liberos habebit, fundum le-
gat: si mulier diuortio factō libe-
ros ex alio procreauerit: deinde
soluto secundo matrimonio ad
priorem maritum redierit, nō in-
telligitur expleta cōditio: quod c
testatorem verisimile non est de
his liberis sensisse, qui se viuo ex
alio suscepti fuissent. d

**Conditio alternativa dicitur
illa quæ potest duobus modis im-
pleri: & si in cōditione est aliquid
turpe, illud reiicitur, & aliud est
implendum. Bartolus.**

**xxvi. IDEM libro octogimo-
secundo Digestorum.**

HAEc scriptura, si viginti de-
derit, aut iurauerit se aliquid fa-
cturum: c vnam f conditionem

**xxvii. ALFENVS Varus libro
quinto Digestorum.**

In testamento quidam scri-
pserat, vt sibi monumentum
ad exemplum eius quod in via
Salaria esset Publij Septimij
Demetrij, fieret: nisi factum
esset, heredes magna pecunia
multare: * & eum id monumen-
tum Publij Septimij Demetrij
nullum reperiebatur, sed Publij
Septimij Damæ erat, ad quod

Celsus §. idem ait. sed ibi vtraq; implenda est, scilicet in. l. Celsus.

h Facturum. scilicet iurauit.

i Admittatur. etiam si non iuret. & facit. §. de condit. insti. l. quæ sub

conditione. in prin. & de lega. iij. l. non dubium. §. j.

k Ad crescit. id est non decrescit: vt. C. de cad. tol. §. vbi autem. & §.

si verò nemo. & facit. j. de suis & leg. here. l. si ex pluribus. & §. de

vſuſru. accre. l. idem & si. §. si mihi. & §. si pars hered. peta. l. iij. & j.

eo. l. si separatim.

fieri monumentum: tenentur tamen heredes facere monumétum secundū substantiam & dignitatem testatoris. Viuianus.

a. *Suspicabatur.* id est suspicio erat, in vi passiu.

b. *Num.* id est an. Accursius.

c. *Inscriptura.* scilicet testamenti noti expressit illud. vel dic in scriptura, id est subscriptio ne monumenti quæ erat ibi, non erat ita ut te stator dixerat.

d. *Nullam.* innuit ergo alias habere locum pœnam. Sed contra supra de his quæ pœ. no. l. j. & instit. de leg. §. fin. Sed forte speciale in hoc casu. vel ibi erat ius antiquum, secundū quod non valebat pœna.

e. *Debere.* compelluntur autem pōficali auctoritate: vt supra de petii hered. l. hereditas. & de an. leg. l. Quintus. non tamen committitur pœna: vt. s. dixit. & facit. j. eo. l. quæ cōdit. & l. qui bus. §. fi. & s. de vſufruc. leg. l. legatum ciuitati. & supra ad Sila. l. iij. §. si cōditioni. & s. de iureiur. l. non potest videri. & s. de vſu. l. pecunia. §. fin. Sed argu. cōtra infra de consti. pec. l. j. s. eum.

ADDITIO. Dic secundū Bar. hic quod suppletur officio iudicis, līcē obligatio deficiat.

Filiæ sua. **CASVS.** Sépronius ita legauit filiæ sua Attiae: Si filia mea Attia nupserit arbitratu Lucij Titij, heres meus det eidem Attiae centum. & postea dicto Lucius Titius decepit: & postea decepit Sempronius testator: & postea dicta Attia. nupserit si ne arbitrio Lucij Titij, eo quod erat mortuus idem Lucius Titius, vt dicto est. certè debetur ei Attiae legatum prædictum. **TITIA VXOR.** Titius ita dixit in testamento suo: Titiae vxori meæ lego optionem seruorum meorum, vt. s. possit optare Philargyrum puerum seruum, & Agatheam ancillam qui mei erunt cum moriar. postea idem Titius testator vendidit ancillam Agatheam quā habuit tempore dicti testamenti: & postea emit ancillas quasdam: & vni ex his imposuit nomen Agatheam: & postea decepit idem testator. nunc queritur, an hæc ancilla empta cui impositum nomen Agatheam, videatur legata Titiae vxori testatoris? & dicitur quod sic. **V.**

f. *Deberi.* facit. j. eo. l. cum tale. §. rescriptum & s. de leg. j. l. turpia.

g. *Videri.* sic. s. de donat. inter virum & vxo. l. si donata. §. si spōsus. & s. de exerci. l. j. s. sed & si præposuit. & s. de lib. & postu. l. ideoque & s. de leg. j. l. Stichum ex te. & de leg. iij. l. vxorem. §. testamento. Sed arg. contra. s. de testamen. l. heredes. §. si quid post. & s. de adi- men. lega. l. cū seruus. & s. de pign. l. fideiussor. §. Lucius. **ADDITIO.** Dic quod ibi fuerunt obligata mancipia certa: ideò obligatio non extenditur ad redempta postea: hic autem non legabantur certa de præsenti, secundū Dynum & Bar. & eodem modo responde ad. l. cū seruus. s. alleg.

Hac conditio. **CASVS.** Legauit Titius centum si in Capitolium ascenderit, & decepsi. certè ita demum potest Titius petere legatum, si ascenderit Capitolium cum primū potuerit. Viuianus.

h. *Cū primū.* post mortem testatoris: vt. s. eo. l. iij.

i. *Ascendere.* aliter si sit stipulatio concepta in non faciendo: quia tunc quando desit posse fieri, nisi in casibus. iij. vt infra de verbo-

rum obliga. l. ita stipulatus. §. Sabinus. Item & in legato secus, scilicet si in non faciendo est conditio: quia statim datur præstita cauzione Muciana: vt supra eo. l. Mucianæ. & hoc vbi imponitur legatio: sed in herede idem indistincte, secundū Azo. vt probatur infra titu. j. l. j. §. item si ita legatum.

Si separatim. **CASVS.** Titius legauit mihi fundum Titianum purè: & postea legauit tibi eundem fundū sub cōditione, & decepsit. & postea tu decepsisti ante quam impleretur cōditio apposita tuo legato. certè debeohabere totū fundū: nec est mihi necessere implere conditio nem. nam & si te viuente dicta cōditio defecset, remanet pars mihi vna fundi quā vindicaturus eras si te viuente conditio extitisset. Viu.

Conditio potestatiua facilis debet impleri statim cū potest. Bartolus.

xxix. IULIANVS libro primo ad Vrseum Ferocem.

HAEC conditio, si in Capitolum + ascenderit: sic recipienda est, si cū primū potuerit Capitolium ascendere.

Coniunctis re portio ad crescit sine onere. Bartolus.

xxx. IDEM libro primo ex Minicio.

Si separatim mihi totus fundus spure, tibi sub conditione legatus fuerit, & tu deceperis antequam conditio extiterit: non habebos necessitatem implere conditionem: vt pote cū etiam si conditio defecerit, pars quam vindicaturus eras, mihi ad crescat.

Si conditio mixta deficit per causum, deficit relictum: secus si per alium in cuius personam conferatur, fuerit impedita. Bartolus.

xxx. AFRICANVS libro secundo Questionum.

IN testamento ita erat scriptum: Stichus & Pamphila liberi sunt: & si in matrimonium coierint, heres meus his centū dare damnas esto. Stichus antè apertas tabulas decepsit. Respondit, partem Stichi defectā esse, sed & Paphilam defectā cōdicione videri, ideoque partē eius

cho, inde dictum legatum remanet apud heredem testatoris. Sed quid si Stichus & Pamphila viuunt, & Stichus non vult eam accipere in vxorem, ipsa autem est parata? certè ipsa debethabere suam partem legati: Stichus autem amittit suam. Et quod dictum est quādo legatum est duobus, si in matrimonio coierint: habet locū etiā si vni eorum tantum sit legatum si acciperet alterum. Viuianus.

m. Conditione videri immo videtur quod non: vt supra de an. legal. an nua. j. respon. arg. contra. Solu. speciale est ibi in alimentis. sed & in eis distinguitur: vt infra eo. l. illis. Item ad idem est cōtra sup. de condi. insti. l. quæ sub conditione §. quoties. ibi, mortuo autem, &c. Solu. cū sub conditione quid mihi relinquatur, refert vtrum pendet ex facto meo tantum: vt si manumisero seruum, si ascendero Capitolium. aut ex facto meo & alieno: vt si contraham cum illa, vel si morer cum illa, vel si dem ei decem. In primo casu si casu impediitor, totum consequar, vt ibi, nisi sim in mora manumittendi: vt infra eo. l. pe. §. j. Si impediitor per alium, nil consequor: sed impediens libertatem tenetur secundum qualitatem delicti, vel l. Aquilia, vel furti, vel actione in factum: vt supra ad legem Aquil. inde Nera-tius. §. idem Iuliānus. & de condit. fur. l. iij. & de condic. ob cau. da. l. iij. §. fin. & infra eo. quibus diebus. j. respond. sed illo non existente soluendo fortè æquum erit me ad relictum admitti: vt. s. de eo per quem fac. est. l. f. i. In secundo casu, si impediitor casu meo, nihil consequor nisi in casib: vt hic, & j. eo. l. cū ita datur. & l. Titio. §. ante. & s.

[†] Secus est papæ alicui delegat non sub nomine dignitatis, sed sub nomine proprio: quia successor illius non cognoscet: vt in cap. quoniam abbas. cum gl. i. in me. extra de offic. deleg. [†] Quidā hic addunt ne. gationem quām desit Flor. & in omnibus & manusc. & impressis.

de condic.cau. da.l.ijj. fina. & s. de an.lega.l. Seio.j. respon. & j. eodem.l. illis. Item quādoque partem consequor, si pro parte impleatur conditio quā in duos erat collata : vt.j. eodem.l. penul. s. item. Item si impeditor per alium in cuius persona est conditio, totum consequor, vt hīc. Illud no. quād nullo casu & nullā conditio quid cōsequor, si ster per me : vt hīc, & s. de conditio. institu.l. finali. In casuali autem conditione, si casu deficiat, certum est me non admitti. In mixta dico idem, siue per casum, siue per alium deficiat: quia non pendet ex factō meo tantū : vt.C. de institu. & substitu.l. si pater. secūdum Ioan. & facit.C. de condit.inser. l. legatum.

a Debetur. sic.C. de institu. & substitu.l.j. & j. quando di.lega.ce.l.v. s. item si qua. & s. de an.lega.l. Mævia.j. respon. Item facit.j. de statulib. l. seruus. s. imperator. & j. de manumis. testa. le. qui filium.

Q Vamuis.] CASVS. In testamēto meo dedi libertatem Sticho seruo meo, si rationes reddiderit earum rerum mearū quas administravit, & decessi. postea heres meus traxit rationem cum dicto Sticho: & cūm in veritate deberet restituere Stichus nomine reliquo rum. le. heredi, fuerunt per culpam & ignoratiā vtriusque in communi concordia, quod Stichus nō debebat restituere nisi. xxv. non autem per fraudem Stichus: & ita Stichus soluit heredi. xxv. tantū nunquid erit liber? Et dicitur quād sic. Viuianus.

b soluere. inspecta verbi propria significatio ne, vt & tamen computet: & sic est mixta ex faciendo & dādo: vt.j. eo. l. cūm seruus.

c errare. idem credo finō errer, sed bene sciat minus solui, dum tamē seruus bona fide faciat.

& facit. C. de transac.l. præses. & s. de iureiu.l. eum qui. s. in popularibus. & infra de fideicommis.l. si purē.

F Alsa demonstratio.] CASVS. Ita dixi in testamento meo: lego Titio fratri meo centum, vel institu mihi heredem Stichum fratrem meum, cum in veritate non esset meus frater, & ego hoc sciebam. certè di.eta falsa demonstratio nihil legato vel institutio nō nocet. Sed quid si legavi Titio simpliciter, vel institui mihi heredem Titium simpliciter, & quidam Titius dicat quād ego sensi de eo, & aliis Titius dicat quād ego sensi de eo? Certè ille Titius qui probauerit me sensisse de se, admittetur, & non aliis. [S E D S I C V I .] Quatuor seruos meos manumisi: & sic sunt facti omnes mei liberti. postea unus eorum puta Stichus accepit ab imperatore ius anulorum aureorum, & ita habetur pro ingenio quo ad multa: vt infra de iure anu. aur.l. pe. postea ego feci testamentum: & in eo ita dixi: libertis meis lego.c. nunquid veniet dictus Stichus ad legatum cum dictis aliis tribus libertis? & dicitur quād sic. nam per accept. anulorum aureorum honor eius Stichi est au. etus, & non conditio mutata. [S I Q V I S .] Ita dixit Seius in te-

stamento suo: lego equum meum Titio si erit meus dictus equus tempore mortis meæ. & postea alienauit equum, & postea decessit. nunquid debetur Titio equus, vel eius æstimatio? & dicitur quād non. Sed quid si ita dixit dictus Seius, Stichum & Pamphilum Titio do lego si mei erunt cū moriar. & postea alienauit Stichum pone, & postea decessit. nūquid poterit legatarius vindicare Pamphilum? & respon. quod sic. nam licet testator dixerit in plurali, si mei erunt cū moriar &c. pro eo accipi oportet, ac si separatim dixisset hoc modo: Stichum lego Titio si meus erit cum moriar. & eidem Titio lego Pamphilum, si meus erit cū moriar. Accursius.

xxxiv. MARCIANVS libro sexto Institutionum.

F Alsa demonstratio neque legatario neque fideicommisario nocet, **d** neque heredi instituto: veluti si fratrem **c** dixerit, vel sororem, vel nepotem, vel quodlibet aliud. Et hoc ita iuris ciuilis ratione, & constitutionibus diuorum Seueri & Antonini cautum est. Sed si controversia sit de nomine inter plures: qui probauerit sensisse de se defunctum, ille admittetur. **f**

Augmētum dignitatis non extinguit legatum. Bartolus.

Sed si cui quasi liberto, id est inter libertos legatum fuerit: nō idcirco legatum amittit, quia postea anulos ab imperatore accepit. **g** Nam honor eius auctus **h** est, non conditio mutata. & ita diu Seuerus & Antoninus rescripserunt.

Vna pluralitas geminat plures singularitates. Bartolus.

Si quis legauerit rem ita, Si mortis tempore eius erit, nec tunc eius inuenitur: nec æstimatio eius legari videbitur. Quid ergo si quis ita scriplerit, Stichum & Pamphilum Titio do lego si mei erunt cum moriar: & vnum ex his alienauerit? an vel alter possit à legatario vindicari? Placet vindicari. nam hunc sermonem, licet pluralis sit, pro eo oportet accipi, atque si separatim dixisset, **i** Stichum si meus erit cū moriar. *

Demonstratio fit per expressiōnem qualitatum rei demonstratæ. Bartolus.

xxxv. FLORENTINVS libro undecimo Institutionum.

i Dixisset. Not. pluralem numerum geminate significationē singularis. sic. s. si quis cau.l. si plurium. s. j. & C. fami. ericicum. l. quoties. & de condi. inser. l. si plures. & s. de heredi. institu.l. hoc articulo, & l. paterfamilias. & de nego. gest.l. i. j. si negotium. Argu. cōtra. s. de pig act.l. si necesse. s. si annua. & C. de impu. & aliis substitu.l. quamvis. & l. cūm quidam. & facit ad. s. s. de condit. institu. l. i. j. & de lega. i. j. l. Stichum. & de leg. i. j. l. qui concubinā. s. Stichus. & de heredi. institu.l. talem. s. fina. & de rebus dubi.l. quoties libertis. Accursius.

N Ominatim alicui.] CASVS. Hæc lex dicit quād nihil interest vtrum leget testator nominatim Lucio Titio, an in legato eidem Lucio Titio non nominet eum, sed significet se ei legare per aliquam demonstrationem ipsius corporis Lucij Titij: vel etiam per demonstrationem artificij ipsius Lucij Titij: vel officij, vel necessitudinis, vel adsinitatis ipsius Lucij Titij. & est ratio: quia tales demonstrationes pro maiori parte funguntur vice nominis. si autem certum sit cui legare voluit testator, non nocet legatario etiam si testator falsam demonstrationem apposuit in legando.

* Concordia. cū iāduū. iur.aure. anu.l.j. & j. de præben. & c. vt priu. legia. de pr. uile. & c. ex. habita. de in. di. & c. signi. ficiat. de. appell. & l. di. omnes le. ges.i. omnis lex.

* Vulgo ad. ditur. Pamphilum si meus erit cū moriar.

gando. Et scias quod differentia est inter conditionem, & demonstrationem: quia demonstratio ostendit plerumque rem factam, conditio autem ostendit rem futuram. Viuianus.

a Plerumque. fallit enim quandoque: vt. j. ad Trebel. l. quoties. & l. nonnunquam. & facit. s. si certum p. l. certum. & s. de hered. inst. l. l. quoties. §. si quis non men. & le. his verbis. §. fin. Accursius.

b Plerumque. nam quādoq; fallit: vt. s. de le. j. l. vj. & l. s. sic. sed tūc non demonstrationis vice, sed cōditionis ponitur: vt ibidem dicitur.

L Euissima.] C A - S V S. Testator reliquit libertatem seruo suo sub pluribus conditionibus separatim positis: vt. j. de ma. testa. quod vulgo pura quia dixit. Sticho seruo meo reliquo libertate si nauis ex Asia venerit. postea in alia parte testamenti dixit: relinquo eidem seruo libertatem si dederit Titio. x. tertio dixit: relinquo eidem seruo libertatem si tetigerit cōlum digito. certe spectanda est leuissima conditio: vt infra de manu. testa. in libertatibus. quae autem dicatur leuissima, vult hīc dicere, id est ea quae ad libertatem facilis seruum perducit, quamvis natura grauior & durior sit.

N Ominatim alicui legetur ita, Lucio Titio: an per demonstrationem corporis, vel artificij, vel officij, vel necessitudinis, vel adfinitatis, nihil interest. Nam demonstratio plerumque **a** vice nominis fungitur: nec interest, falsa, an vera sit, si certum sit quē testator demonstrauerit. Inter demonstrationem & conditionem hoc interest, quod demonstratio **+ plerūque b** factam rem ostendit, conditio futuram.

xxxv. P O M P O N I V S libro singulari Regularum.

L Euissima **c** libertatis conditio ea intellegenda est, quae ad libertatem perducit, quamvis natura grauior & durior sit.

Conditio casualis potest quādumque impleri. Bartolus.

xxxvi. M A R C E L L U S libro singulari Reffonorum.

P ublius Mævius testamento suo ita cauit, Quisquis mihi heres heredēs ve erunt, do lego, fideique eorum cōmītō, vti dent Gaio Seio sororis meæ filio in honorem consulatus quadringenta. viuo Mævius Seius consul designatus est, & munus **+ edidit: d** einde ex Kalendis Ianuariis **e** consulatum ingressus est, atq; ita Mævius deceſſit, Quero, an quadringenta Seio debeātur. Marcellus respondit deberi. **f**

Non est verisimile quod testator plus diligit substitutū, quam primo loco positum: & non potest prius conueniri heres, quam defunctus poterat. Bartolus.

Titia codicillis de prædiis quae testamento Septiciæ reliquerat,

Leuissima. testator reliquit libertate sub pluribus conditionibus separatim positis: vt. j. de manumis. testa. l. quod vulgo. nam accipitur quae ad libertatem perducit, vt hīc, quae facilius & melior est seruo: vt. j. de manumis. testa. l. in libertatibus. & infra eod. l. quod traditum.

P ublius Mævius.] C A S V S. Publius Mævius fecit testamentum, & in eo instituit sibi tres heredes pone, & postea ita in eodem testamento dixit: Quisquis mihi heres heredēs ve erunt, do, lego, fideique eorū committō vt dent Gaio Seio sororis meæ filio. cccc. in honorem consulatus, id est si consul designabitur. postea viuo testatore dictus Gaius fuit designatus consul, & professus fuit se recepturum munus dicti consulatus. & postea ex kalendis Ianuariis, sicut moris erat, ingressus fuit consulatum, & posteā deceſſit dictus testator. nunc dictus Gaius Seius petit ab heredibus testatoris dicta. cccc. & heredes dicebant se non teneri, eo quod conditio fuit impleta viuente testatore. Respon. tamen hīc quod nihilominus debentur ei. cccc. [T I T I A . C O D I C I L L I S.] Titia fecit testamentum, in quo sibi instituit heredem filium suum impubrem: & pone Septiciæ reliquit duo prædia Titianum & Seianum pone. & postea fecit dicta Titia codicillos in quibus ita cauit: peto Septiciæ vt filio meo cū annorum. xvj. erit, restituas prædia quae tibi reliqui in testamento meo. & si filius meus non impleuerit. xvj. an. peto vt reddas dicta prædia, & restituas Publio Mævio, & Gaio Cornelio: & non dixit vtrum statim mortuo filio, an

verō post. xvj. ann. & postea deceſſit dicta Titia, & postea deceſſit dicta Septicia legataria prædiorum, & habuit duos heredes pone. & postea cū dictus filius Titiae haberet. xv. an. & non plus, deceſſit ipse puer, & ita antequam effet. xvj. ann. nūc Publius Mævius, & Gaius Cornelius prædicti petunt fideicommissum di-

ctorum prædiorum sibi dari per heredes dictæ Septiciæ, & incontinēti ante. xvj. an. completurn: & hoc ideō quia verba testatrix videntur repræsentare fideicommissum prædictū, vt ipsi dicebāt: quia verum est filium Titiae nō impleuisse. xvj. ann. nec amplius posse peruenire ad. xvj. ann. sed respon. quod non possint statim petere. nam non est verisimile vt testatrix voluisset trāferre id fidicommissum prædiorum ad dictos substitutos filij maturiūs, id est citius quā ad dictum filium si viueret. nec obstat huic responsioni quod Septicia deceſſit antequam puer testatrix: quia & si prædictus puer viueret, non prius possent conueniri à pue ro heredes Septiciæ, quām posset conueniri Septicia si viueret. Accursius.

d Edidit. id est professus est se suscepturum. Accursius.

c Ianuarius. hoc idem videtur posse probari in authen. de consuli. §. hoc autē à nobis. Item ad hoc quod primō fiat designatio, postea suscep- tio, est. C. de municipi. l. j. Sed argu. contra. C. de aduo. diuer. iudic. l. per hanc. §. sexenti. vbi

[†] Ista lex fa-
cit ad hoc q
falsus mod
vel causa le-
gato apposi
ti nō viat
illud: vt per
glo. in l. si
cū te. s. de
pac. & in l. l.
& ibi glo. &
Cy. C. de fal-
causa adie-

ad legem Fusiam Caniniam.

Si quis eum **+ quem** ipse manumittere non poterat, legatuerit ita, vt eum legatarius manumitteret: et si à legato non repellatur, **l** non est compellendus vt manumittat: quoniam totiē

& substitu. l. si quis.

g Agens. id est habens.

h Repræsentetur. id est debeat dari statim ante. xvj. ann. comple- tos. Accursius.

i Repræsentare. prima facie: quia verum est filium non impleuisse. xvj. annum, nec amplius ad. xvj. an. peruenire posse.

E **k** Transferre. facit infra de verbo. obliga. l. in illa stipulatione. & s. de vſur. l. si stipulatus. & s. eod. l. filia sue. §. j. Sed arg. contra. j. de iure fisci. l. fiscus Accursius.

Si quis eum.] C A S V S. Titius instituit me heredem, & damnauit Stichum seruum suum vt ad libertatem peruenire non posset. & ita ego non poteram manumittere dictum Stichum: vt. C. de iis qui non pos. ad liber. perue. l. ij. postea ego deceſſi, & legau prius dictum Stichum Seio ita vt eum manumitteret. certè habebit Seius seruum, non tamen cogetur eū manumittere. & est ratio quare nō cogitur eum manumittere: quia toties compellitur legatarius facere secundū voluntatem meam testatoris, quoties nihil sit futurum contra legem manumissio autem dicti Stichi erat contra legem. Itam est ratio quare habeat legatum serui Seius, quoniā magis eundem Seium legatarium volui ego testator habere aliquod commodum ex legato serui, quām heredem meum. Viuianus.

l Repellatur. immō videtur repelli: vt. s. de lega. ij. l. si quis quo.

quæ est contra. Solu. hīc nō poterat : quia in fraudem creditorum fieret : vt supra de legatis. j.l. seruum filij. s. si idem. ibi omnino. Vel secundum Bul. ibi manumissio & actus manumissionis, hīc manumissio tantūm est prohibita. vel ibi propter serui delictum, hīc propter manumittentem. Vel ibi erat vt minister : vt & supra de legatis. i.j. l. si quis Titio. hīc vt legatarius. Accursius.

a *Habere.* plus enim & tempore accipitur. Azo. & facit institu. de dona. s.j. & supra de auro & argen. lega. l. fina. s. fina. Accursius.

* aliquod.

S I ita scripsero.] C A - S V S . Ita scripsi in testamento meo: quātum codicillis legauero Titio, heres meus eidem Titio dato. & postea feci codicil. & in eis legavi dicto Titio centū, & deceSSI. nunc quæritur, vtrū diēta decē debeantur Titio ex testamento, an ex codicillis? & dicitur q. ex testamēto. nam & apud veteres talia legata fuere in testamētis relicta, quātum ei puta Titio per epistolas scripsero, tantū heres meus ei dato. Item quantū ex alia actione detraxero. i. à debitore meo exegero tātum heres meus dato Titio. quā quidem duo genera legatorū debentur Titio prādicto ex testamento. Viuianus.

b Titio. subau. heredes dato: quod est in fine.

c Detraxero. i. à debitore exegero. & facit ad. l. s. de here. insti. l. assē & de condit. instit. l. institutio talis. & C. de codicil. l. j.

Q uæ conditio.] C A S V . Institui mihi heredes Titium & Seium, & substitui eis Gaium & Sempron. & postea ita dixi, cuiuscumque hereditas mea deferetur, ita sit mihi heres, si Martino decem dederit. & deceSSI. certè siue dicti instituti velint hereditatem, debent dare Martino. x. siue nolint eam habere, & substituti velint eam habere, debent iidem substituti dare dicto Martino. x. quia, vi dicit litera, alia est conditio quā ad genus personarum &c. si autem dicta conditio dādi. x. M. sit adiecta tantum institutis, vel tantum substitutis, illi tantum debent eam implere. [C V M I T A .] Ita scripsi ego Bono. in testamento meo: Volo per heredes meos fieri in foro. i. in loco vbi redditur ius, puta in palatio cōmuni, vñā statuā pone in mēā memoriā. & nō dixi in quo foro, vtrū Bo. vel Mutinę vel Imolę, vel quo alio. certè si nō apareat post mortē mēā de quo foro sensi, debet fieri statua in foro Boñ. Viu.

d Ad genus. id est generaliter ad omnes personas institutas: vt si facta institutione & substitutione ita dicat, cuiucq; hereditas mea deferetur, ita sit heres, si Titio decem dederit. Azo.

e Institutos. & substitutos: non autem ad venientes ab intestato: vt arg. de vulga. subst. l. qui liberis. s. hoc autem.

f Ad certas personas. scilicet omnes eiusdem gradus.

g Gradum. & omnes personas eiusdem gradus forsitan, & si deficiens portio sit pro non scripta: vt. C. de ca. tol. s. his ita. & supra de leg. j.l. ciuitatibus. s. Lucius. Azo. licet aliud sit in legato: vt. C. de ca. tol. s. in primo. Et distingue si conditio est apposita in omnibus personis heredum, transit cum onere: siue pro non scripta, siue in causa caduci, siue caduca sit pars deficiens. Si autem omnibus, & tunc aut in omnibus eiusdem gradus, & tunc idem vt alij eiusdem gradus impleant. Si autem non omnibus sed quibusdam de eo gradu sit adiecta conditio, si quidem est non scripta, differt hereditas quā vadit cum onere (vt & dixi) à legato quod nō transit secundum H. Sed quidā dicunt etiam in hereditate non trāsire cum onere: vt in. d. s. in primo. Sed est arg. contra. d.l. ciuitatibus. sed dicunt qud & ibi fuit appositum in personis omnium onus. Si autem alio modo deficiat relictum hereditatis vel legati, vt in causa caduci vel quasi caduci, vadit cum onere: vt. C. de ca. tol. s. pro secundo. &. s. fina. autem. in eo quod dicit, simili modo &c. siue re & verbis, siue verbis tantū sint coniuncti. si autem re tantū, non vadit

cum onere: nec dicitur decrescere, sed nec ad crescere: vt. C. de ca. du. tol. s. si verò. & facit s. de heredi. instit. l. sub conditione. & supra eo. l. si separatim. Accursius.

h scriptum. secus in stipulatione quā non valet si certus locus nō est: vt infra de verborum oblig. l. qui insulam.

i Domicilium habuerit. sic C. de episc. & cleri. l. nulli. & l. si quis ad declinandum. Accursius.

Q uibus diebus.] C A - S V S . Legau i. tibi cētum si vsque ad decem dies ascenderes Capitolium, & decessi. postea cū velles ire ad ascēendum Capitolum, Titius vicinus tuus prohibuit te ire per viam publicam per tres dies qui fortē supererat de decem diebus prēdictis. tu tamen iuisti corā

+ Cōcor. q̄ isto. s. in quā tum senti locū loci cōfē in testamēto posēdū. gl. in. quoties cor. dis. i. q. 7.

Ex testamento debetur quod ibi exp̄s̄ relinquitur, vel per relationem ad aliud. Bartolus.

XXXVII. IDEM libro singulare de iure Codicillorum.

S I ita scripsero, Quantum codicillis Titio legauero: licet codicillis legatum explicetur, tamen ex testamento valet: solaq; quantitas in codicillo delata est. Nam & apud veteres legata talia fuere, Quantum ei per epistolam scripsero: quantum ex illa actione detraxero, c. heres dato.

XXXIX. I A V O L E N V S libro primo ex Posterioribus Labeonis.

Q uæ cōditio ad genus d. personarum, non ad certas &

Cūm ita in testamento + scriptum erat, Ut aliquid in foro fiat, neque adscriptū erat in quo foro: Labeo ait, si non appareat quid mortuus senserit, in eius municipij foro faciendū, in quo is qui testamentum fecerit, domicilium i. habuerit. quam sententiam ego quoque probo.

Dies impedimenti nō computantur in termino. Bartolus.

XL. IDEM libro secundo ex Posterioribus Labeonis.

Q uibus diebus vicinus tuus te via publica, cum ad pa-

pensam quam in fundum Seianum feci, heredi meo dederit, heres meus eidem Publio Cornelio dato dictum fundum Seianum. & postea deceSSI. nunc quæritur, an dictus Publius Cornelius debet dare heredi expensas prādictas, & etiam prādictum fundum si vult fundū? & Cascellius dixit qud sic, & malē. Ofilius autem & Iul. dixerunt, & bene, quod solos sumptus siue expen. debet dare heredi. & in dictis sumptibus non debet heres computare sibi fructus quos percepit ex dicto fundo, imō retinet sibi prācipuos.

[Q V I D A M T I T I O .] Seius fecit testamentum, & in eo legavit Titio. c. & pluribus aliis legavit similiter. postea infra in eodem testamento ita iussit, quas pecunias cuique legauit, eas heres meus dato si mater mea moritur. i. morietur. & postea deceſſit dictus Seius testator viuente dicto Titio cui. c. legauerat, & viuēte dicta sua matre. & postea deceſſit dictus Titius legatarius viua dicta matre testatoris, & habuit heredes Titius Petrum & Martinum pone, & postea deceſſit dicta mater testatoris. quæritur, an dicti heredes Titij debeat habere dictum legatum de. c? & dicit Ofilius qud sic. & reddidit talem rationem, quia dictum legatum non fuit relictum Titio sub conditione, imō fuit relictū purē, & postea fuit adiecta dies soluendi. si non fuit conditionale, ergo legatarius trāsmittit ad heredes suos petitionem ipsius legati. Sed certe ratio ipsius Ofiliij est falsa, & per consequens est falsum dictum suum. nam bene fuit dictum legatum relictum sub conditione: & ideo legatarius qui deceſſit antē conditionem existentem, non trāsmittit ad heredes suos. & bene dixi qud fuit conditionale: quia nil interest vtrū ita scribatur per testatorem, quas pecunias cuique legauit, eas heres meus si mater mea moritur, dato. quā quidem verba scripsit Seius testator in nostro casu, an verò ita scribatur per testatorem, nisi mater mea moriatur, heres meus ne dato. nam in primo casu sub conditione est datum legatum: in secundo autem est ademptū sub condi. [D O M I N V S S E R V O .] Titius faciens testamentum iussit Stichum seruum suum esse liberum, & postea eidem Sticho ita legavit: Heres meus dato Sticho seruo meo quē testamento liberum esse iussi, quinque aureos quos in tabulis debeo eidem Sticho. & postea deceſſit. nunc quæritur, an heres debeat dare dicto Sticho dictos quinque aureos: & quidam dixerūt, & malē, nihil seruo legatum esse: & adsignabant talem rationem, scilicet quia dominus seruo nihil debere potest. sed verius est quod debeat eisdem Sticho. & hæc videtur fuisse voluntas testatoris.

[Q V I D O T A L E M .] Titius accepit in vxorem Seiam, & non habuit

habuit ab ea aliquem fundum in dotem, postea veniens ad mortē, fecit testamentum, & ita in eo dixit: fundum Cornelianum quem mihi Seia in dotem dedit, heres meus ei dato. & deceſſit. nūc quæritur, an heres teneatur dare Seiæ dictum fundum? Et dicitur quod sic, non obſtantē falsa demonstratione. [THERMVS.] Quidā qui vocabatur Thermus siue Termilius minor, fecit testamentum, & inſtituit ſibi heredem Titium. Item ſcripsit in eodem testamento, quoqum arbitratu ſibi monumentum fieri volebat, & ſcripsit de duobus ſuis amicis quorum quilibet vocabatur Lucius Publi⁹ Cornelius, poſtea ita legauit, Lucius Publi⁹ Cornelius, heres me⁹ dato mille ad ædificandum monumētum meū. & poſtea deceſſit. nūc quæritur an dicti Lucij Publij Corn. poſſint petere ab herede diēta mille. Et dicitur q̄ non, niſi ſatiſdent ſe ita facturos monumentū ex diēta pecunia, ſicut testator iuſſit. Viuianus.

a Parendum erat enim tibi relictum ſi hinc ad decem dies ascenderes Capitolium, ſecundum Rog. & dic qđ vicin⁹, id est heres cuius intererat cōditionem nō impleri ſecundum quosdam. ſed certe imò cuius non intererat, nam ſi eius intereret, ſtatiū habetur pro impleta, & caperet legatum: vt. s.e.l. iure, ſed hic nō habetur p̄impieta, imo poſtea neceſſe habet implere.

b Agendo. quod iuſſerat testator, vel agendo contra impediētē in iuriarum vel negatoria.

c Calumnias. à vicino illatas.

d Summoneas. id est reperellas.

e Conditioni. id est dilationi conditionis. vel id est defectui ſive effectui cōditionis: & ſic ſecundum vtramq; ſignificationē neceſſe habet poſtea adimplere cōditionem. & hoc de cōditione quæ depēdet de poſteſate tua. aliās niſi impleas, nil cōſequeris, cū

per alium impediari: vt. s. ad legem Aquiliam. l. inde Neratius. §. idem Julianus. ſed tenetur impediens ſi nullo modo implere potuisti, actione in factum: vt. s. de condic. cauſa data. l. iij. §. fi. & dicto §. idem Julianus. ſecus ſi pe. caſum impediō in tali poſteſatiua: vt. s. de condi. iſtit. l. quæ ſub conditione. §. quoties. & no. s.e.l. in testamento. ſed ſi conditione eſt casualis vel mixta, quoquaque modo deficit, nil conſequeris: vt. C. de iſtit. & ſubſtit. l. ſi pater.

f Adiecto. facit. C. quando di. leg. ced. l. ex his. Accursius.

g Puto. quia ea viderut fuſſe voluntas testatoris: & ſic non obſtat quod aliās dicitur. §. de peti. here. l. ſi à domino. §. pe. Item facit ſupra de leg. iij. l. Lučius. §. quæ marito. contra. Sed aliud eſt cum dicit: nolo quod ſubeat onera hereditaria, quando ea tamen continentur quæ ſunt ſoluenda creditoribus, non quæ ſunt iam ſoluta: ſed appellatione expenſatum, & quod ſolutum & quod ſolu-

.ff. Infort.

rendum conditioni ire velles, ire prohibuerit, nec per te ſtarerit quo minus agendo b ob calumnias eum ſummoueas: d hi dies conditioni non imputabuntur.

Appellatione expenſarum rei preſum non continetur. Bar.

Quidam ita legauerat, Si Publius Cornelius impensam quam in fundum Seianum feci, heredi meo derit: tum heres meus Publio Cornelio fundum Seianum dato. Cascellius aiebat etiam preſum fundi dari debere. Ofilius impensæ verbo negat preſum ſignificari: ſed eos dumtaxat ſumptus quos in eum poſtea quām emptus eſſet fecit. Idem Cinna ſcribit, adiecto f eo, quod nō deductis fructibus, impensarum ratio haberi debeat. & hoc magis verum puto. §

Conditione appoſita in quacunque parte testamenti, reddit cōditionale legatum. Barto.

Quidam Titio centum legauerat, deinde inſtra ita iuſſerat: Quas pecunias cuique legavi, eas heres meus, ſi mater mea moritur, h dato. Mortuo patrefamilias Titius vixerat, & viua matrefamilias decesserat. Mortua matre heredibus Titij legatum deberi Ofilius respondit: quoniam non ſub cōditione eſſet legatum, ſed ante legatum purè, deinde dies ſoluenti adiecta. Videamus (inquit Labeo) ne id falſum ſit: quia nihil interſit, vtrum ita ſcribatur, Quas pecunias cuique legavi, eas heres meus, ſi mater mea moritur, dato: an ita, Niſi mater mea moritur, ne dato. i vtrubique enim ſub conditione vel datum vel ademptum eſſe legatum. Labonis respōſum probō.

Appellatione debiti contineatur naturale tantum, ſi aliud reperiri non poſteſt. Barto.

Dominus ſeruo aureos quin-

dum eſt ratione expenſarum, continentur ſecundum Hug.

h Moritur. id eſt morietur. ſed quandoque pro præterito ponitur: vt. s. de neg. geſt. l. iij. in princ. & §. hæc verba.

i Ne dato. cum primo reliquerat. nam per hæc verba non videtur legatum: vt inſra de manu. test. l. antepenul. §. fi. & ſic eſt contra. j. de act. & oblig. l. obli-

gationum fere. §. cōdi-
tio. ſed ibi in cōtracti-
bus. Item facit. s. de in-
diem addic. l. iij. & de
leg. j. l. ſi cui. §. j.

k Iuſſi. & vere iuſſerat: aliās per hoc nō vi-
detur legate: vt. s. de leg.
ij. l. Titia. in princ.

l Debeo. ei ſeruo.

m Naturale. a ſed certe
& ſi non fuit hæc mēs
testantis, & nullū ſit na-
turale debitum: tamen
videtur q̄ valet legatum: vt
quia falsa demonstratio-
nō perimit legatum: vt
ſupra eo. l. falla. & l. de-
monstratio. & inſra eo.
prox. §. Respon. ea fuit
testatoris volūtas, vt ita
tamen deberetur ſi ſit
in rerū natura hoc debi-
tum: vt. j. prox. §.

n Magis. elec̄tione ponitur. Accursius.

o Debitum. improprie-
tamē dicitur debitū: vt
j. de fideiſ. l. fideiſor
obligari. §. j. & s. de pe-
cu. nec ſeruuſ. & l. non
ſolum. & l. ſed ſi dam-
num. §. peculiū. & facit
inſra quando di. leg. ce.
l. cum illud. §. heres. &
de lega. j. l. ſi ſic.

p In rerum natura. & fa-
cit. j. quando dies lega-
ce. l. cum illud. §. heres.
& ſupra de lega. j. ſi ſic.
& l. ſeruuſ legatus. §.
qui quinque.

q Thermus. propriū eſt
nomen testantis.

r ſatisdediffent. ſic. s. de
lega. iij. l. ſi ita legatum.

Sed arg. contra. j. eod. l.

Titio. j. respond. b aliud
autē in cōtractibus vbi
non ſatisdatur: vt ſupra
de condic. ob cauſ. l. de-
di. & l. ſi heres. & facit.
s. loca. l. inſulam. §. qđ.
& de leg. iij. l. antepenul.
§. j. & de nego. geſt. l. qui
aliena. §. libertos. & s. de
auro & argen. leg. l. ſi. §.
fi. Accursius.

L Egata.] CASVS.

L Legauit Titio equū
meum ſub conditione, ſi nauis ex Asia venevit: & ſub eadem con-

ditione legavi ei bouem. certe pendente conditione non debetur ei, ſed ea demum existente. ea ergo conditione pendente non po-
teſt dictus legatarius dictas res alijs legare. Viuianus.

f Incipiunt. vt & inſra quando dies leg. ced. l. v. §. ſed ſi ſub con-

tione.

t Delegari. aliās legari: vt res proprias, ſed vt alienas poſteſt hic le-

gatarius eis legare interim: vt. s. de vſu fru. leg. l. facto testamento. in

ſi. aliās delegari: & tunc dic vt ſtatiū delegatio, & per eam noua-

tio ſortiatur effectum: ſortiatur tamen impleta conditione: vt. j. de

noua. l. ſi Stichum. §. j.

F Ilioſamilias.] CASVS.

Titio filio Seij non emancipato lega-

ui centum ſub hac conditione, ſi in poſteſate patris mansiſſet.

certe videtur patri legatum, & non filio, & pater petere poſteſt

nomine suo legatum. & idem iutis esset si reliquissim centum Sticho seruo Seij sub conditione, si in potestate domini mansisset: & ad praedicta facit argumentum, quod si legarentur cibaria seruis Titij, non est legatum seruorum, immo est domini. intuitu enim domini seruis legatum videtur, ex quo Titius fuit nominatus tanquam dominus seruorum. Viuianus.

a magis. comparatiue ponitur. R. quia tam filio quam patri legari videtur. Argu. supra de lega. ij.l. debitor. §. finali, secundum Rog. sed secundum Azo. & Hugo. dic electiue. nam aut est emacipatus cum petat, & non potest: quia deficit conditio si in potestate &c. & quia patri noluit testator queri: vt argu. in fin. huius legis. aut in potestate, & tunc non petat: vt pote patri queſitum: nec obstat. l. debitor. quia hoc est verū ibi: q̄ not. quia id habet vires ex pſona serui: quia si esset liber, id ei legari posset.

b Proculdubio. vt &c. de iure dilib. l. penul.

P Lautius.] **C A S V S .** Stichus libertus Titij fecit testamentum: & præterito dicto suo patrono instituit sibi heredem Plautium, & rogauit eundem Plautium heredem ut perceptis sibi decem à Gaio totam hereditatem restitueret eidem Gaio. & postea deceſſit di-

Verba Plautii sic notis distincta in Archetypo Flo. teste An. Aug. guili. lib. i.c. 6. quas tamen notas hypo graphus Florentinus omisſerat.

Etus Stichus, & Plautius heres restituit hereditatem Gaio: & habuit ab eo dicta decē. postea prædictus Titius patronus Stichi vidēs se præteritū à liberto suo, petiti bonorū possessionē cōtra tabulas dīti liberti defuncti, & abstulit dicto Gaio fideicommissario possidenti hereditatem partem eius hereditatis quā de iure debetur eidem patrono, scilicet hodie tertiam nunc dictus Gaius fideicommissarius dicit Plautio heredi, Restitutas mihi tertiam partem de decē, quā tibi solui, sicut patronus testatoris abstulit mihi tertiam partem hereditatis liberti sui. nunquid debet admitti petitio sua? Et dicitur quod sic. & est ratio: quia sicut heres liberti prædictus exoneratur à fideicommissorum & legatorum præstatione per prætorem dantem contra tabulas patrono pro tertia contra ipsum heredem non rogatum alicui hereditatem restituere, & sic heres pro ea rata non tenetur alicui præstare dicta legata vel fideicommissa, nisi certis personis: vt. C. de bo. possel. contra tabu. li. l. j. ita & in nostro casu cum fuit heres rogatus restituere hereditatem Gaio perceptis ab eo decem, debet heres partem dictorum. x. consequi à fideicommissario quando fideicommissarius non soluit ei adhuc decem: vel si soluit, reddidit ei heres pro rata, vt dictum est. quāuis autem possit fideicommissarius repetere ab herede liberti tertiam de. x. ideo scilicet quia patronus abstulit ei per contra tabulas tertiam partem bonorum liberti, vt dictum est: tamen diuersum est si Falcidia interueniat, & minuat legatum fundum Gaio sub conditione si daret heredi. x. pone: nam his casibus scilicet quando Falcidia minuit legatum, nihil repetetur per legatarium de dictis decem datis heredi causa implendae conditionis legati: & est ratio quare non repetit legatarium in hoc casu: quia insolidum conditioni pareretur per legatarium. nam non posset legatarium dare heredi partem de dictis decem, & habere fundum vel eius partem: vt infra eodem. cui fundus. j. respon. si pareretur dictae conditioni insolidum: ergo propter detractionem quā fit de legato nomine Falcidia, non iepetit legatarius partem pecuniae, vt dictum est. Scias etiam quod sicut scinditur ius dandi causa implendae conditionis in primo respon. huius legis, ita & in hoc alio casu, institui mihi heredem Scium, & legauit Martino tertiam partē hereditatis meā pone, id est quatuor vncias sub conditione si daret heredi decem, cum ipse Martinus non posset capere nisi duas vn-

cias, puta quia erat filius naturalis tantum: cui non potest relinquī ultra duas vncias existentibus filiis legitimis: vt. C. de nat. libe. l. ij. & substitui eidem M. Petru & Ioan. & sic debet habere dictus Martinus duas vncias tantum, & substituti eius alias duas vncias de dictis quatuor vncias. nam dimidiam dictorum decem quā continebantur in conditione

Martino apposita, debet præstare heredi Martinus, & aliam medietatem substituti sui. Item scias quod sicut in primo & tertio responso huius legis scinditur ius dandi causa implendae conditionis: ita & in hoc quarto casu scinditur ius dandi, quamvis non sit in vi conditionis: institui mihi heredes Titium & Semproniu, & rogaui Titium per fideicommissum vt tibi restitueret suam partē, & te rogaui vt restitueres puta centum Seio. & postea decessi, & dictus Titius adiuit pro sua parte hereditatem, & tibi eam restituit, deductā tamē quartā per legem Falcidiā, id est per Trebell. & ita effectum est de facto quod tres partes partis suā quas habes, sunt & valent minus quam sit illud quod debes dare Titio, id est centū. certe quanto minus tibi prestat Titius heres per Trebel. tanto minus debes dare Seio de dictis centum. Viuianus.

P lautius. scilicet scripsit quæſtionem talem, rogatus &c. vel Plautius institutus heres rogatus &c.

c Percepis. de bursa fideicommissarij: vt. j. innuit.

d Redderet. aliás redderet: & aliás reuenderet, id est venderet dicto fideicommissario pro decem: quod valet. supra de lega. j. l. & si æquo.

D Partē. olim dimicram, hodie tertia: vt inst. de suc. li. §. sed nostra.

f Debebat. ipsi patrono.

g Pro rata. scilicet pro tertia.

h Soluit. scilicet heredi.

i Repetere. conditione ob causam, si heres redderet: vt. s. de condic. ob causam. l. ij. §. j. secundum aliam actione exempto. vt. s. de actio emp. l. si heres. Accursius.

k Per prætorem. qui dat contra tab. patrono pro tertia: & sic heres pro ea rata non tenetur alicui nisi coniunctis personis: vt. C. de bono. possel. contra tabu. liber. l. j. Accursius.

l Ipsi. scilicet heres.

m Partem. scilicet tantum de eo quod ei est dandum à fideicommissario: vel si iam consecutus est totum, reddit pro rata, vt dixit.

